LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

Nr. 56.

QUATENUS QUANDOQUE IN DIALECTOS AEOLICAS QUAE DICUNTUR VULGARIS LINGUA IRREPSERIT.

PARTICULA PRIOR.

✦

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE ALBERTINA REGIOMONTANA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XIX. MENS. FEBR. A. MDCCCXCV HORA XI

UNA CUM THESIBUS ADIECTIS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

IULIUS LEITZSCH
GEDANENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

GUILELMUS SCHWANDT, STUD. THEOL. ET PHIL.
GUSTAVUS BOEHM, STUD. PHIL.

REGIOMONTI MDCCCXCV.
EX OFFICINA HARTUNGIANA.

Parentibus carissimis

pio gratoque animo.

Atticam linguam per totam Graeciam inde ab eo fere tempore, quo Macedones principatum obtinere coeperant, sermonem vulgarem factam esse inter omnes constat. Nec Macedones magis quam reliquae praeter Athenienses Graeciae gentes Attice loquebantur, sed e regia Philippi et Alexandri quaecumque documenta publica prodibant, composita erant Attica dialecto venustate longe elegantissima. Etiam in publicis decretis in regum honorem rerumque ab eis gestarum conscriptis semper adhiberi solebat. Aliorum quoque Graecorum dialectos, quamvis tenaciter per aliquantum temporis servatas, Atticorum lingua paullatim plane oppressit, ut vulgaris seu κοινὴ dialectus a Graecis coleretur. Κοινὴ qualis perfecta et absoluta appareat, Viereck demonstravit, sed quonam modo per saecula in dies magis victrix in singulas dialectos invaserit, adhuc nemo accurate illustravit. Quam pervestigationem ad Graecae linguae historiam persequendam cum idoneam fore nemo negaturus sit, hac in dissertatione, quantum fontes nostri, ii quidem non semper large manantes, permittunt, perscrutari mihi propositum est, quatenus quandoque Aeolicae quae dicuntur κοινῆς dialecti auctoritatem perpessae sint. Quo nomine iure complectimur sermones Lesbiacum, Thessalicum, Boeticum, quos artissima cognatione inter se coniunctos ex uno eodemque fonte fluxisse cum Ahrens vir de dialectis Graecis egregie meritus in opere suo, quod inscribitur 'De Graecae linguae dialectis', magna cum sagacitate demonstravit, tum Brand in docta disserta-

tione, quam 'De dialectis Aeolicis quae dicuntur' composuit, gravissimis argumentis confirmavit. Primo quidem conatu me multa in dubio relinquere debere bene scio, praesertim cum inscriptionum collectiones in dies locupletiores fiant, et id quod hodie obscurum videtur, cras effosso novo titulo poterit explanari. Tamen viam si non licet conficere, at certe patefecisse iuvabit.

Priusquam autem ad ipsas tres illas dialectos exquirendas accedamus, ut infra iterationes vitemus longioresque explicationes, de aetate titulorum definienda — ab his enim omnis fere cognitio Aeolicarum dialectorum dependet*) — perpauca praemittere operae erit pretium. Qua de re quidquid eruere possumus, plerumque e litterarum formis concluditur. Sed solum litteraturae testimonium quam fallax interdum sit atque ambiguum, satis perspicuum est. Nam etiamsi in universum optimo iure in aetate inscriptionum circumscribenda accurate perpendimus, qualis forma sit α-litterae, quae in vetustioribus A A, in recentioribus A apparere solet, tamen nobis non obliviscendum est, Graecos ut litteraturam suam priscam ac nativam perpetuo simpliciorem reddere studebant, ita numquam formas litterarum antiquiores plane neglexisse vel omnino sustulisse.

Iam ad dialectos Aeolicas ipsas nos vertamus. Ac primum quidem sermonem tractabimus Lesbiacum seu vere Aeolicum, deinde Thessalicum, postremo Boeoticum, et ita quaestionem instituemus ut primum de singulis formis huius triadis, tum de re universa agamus breviterque adumbremus, quomodo in unamquamque dialectum lingua communis se insinuaverit.

---

*) Excepti sunt metrici omnes tituli, in quibus epicam dialectum imitantibus popularis sermo non semper integrum remansit.

A. De dialecto vere Aeolica.

Praemonenda.

1. De titulorum aetate.

Inter Aeolicas inscriptiones, quarum numeros ex novissima collectione Hoffmanni Griech. Dial. II (Gottingae 1893) pagg. 53—128 laudabo, paucae sunt, quae quo tempore sint natae, sive ex litterarum figuris sive ex certis quibusdam iudiciis ad memoriam rerum gestarum pertinentibus diligentius definiri potest:

in vetustioribus litteris: 164a—n, 178, 179;

IV saeculo a. Chr. n. ineunte (?):

nr. 82 (A, $\Theta = \vartheta$ et o, ΓΣΩ);

IV saeculo exeunte:

nr. 119 (AΙΘΟΓΣΩ) idque secundum Kirchhoffium (cf. Hoffmann l. l. p. 78): A_{1-32} : circa a. 333; $A_{33\ sqq.}$: c. a. 324; C_{23-30} : annis 324—317; C_{31}—D_3 : a. 306—301; $D_{4\ sqq.}$: c. a. 300

nr. 83 (AΘΟΓΣΩ) idque secundum Boeckhium a. 324

nr. 129 idque a. 319—317 (cf. Hoffmann adn. ad. nr.),

ad quos titulos vetustissimos fortasse accedunt nn. 86, 88, 155a;

III saeculi parte priore:

nr. 146 (AΘΜΟΓΣΩ) secundum Fraenkelium, Die Inschriften v. Pergamon (Berolini 1890) nr. 4

III saeculi parte posteriore:

nr. 147 (AΘΜΟΓΣΩ) idque certe ante a. 226 secundum Fraenkelium l. c., pars I, praef. p. X.

nr. 112 (ΑΘΓΩ) idque hand dubie a. 222—205 (cf. Hoffmann adn. ad nr.),

quas ad tres inscriptiones propter simillimum litteraturae genus nullo negotio adiungendi sunt tituli:

nn. 87, 90 (cf. Fabricius, Mitteil. d. deutsch. arch. Instit. IX p. 88 sqq.: „Ihrem Gesamtcharacter nach ist die Schrift vorrömisch, aber später wie Alexander"), 92—94, 111, 117, 134, 156, 160, 161: ΑΜΓΣ;

nn. 84, 121 (secundum Cichorium), 130, 135, 138, 162, 163: ΑΜΓΣ;

II saeculi priore parte:

nr. 127 (ΑΠΜΣ) vix cum Ahrensio (de dial. Dor. p. 495 sqq.) in III saeculo, sed cum Hoffmanno (vide ad nr.) propter Antissam urbem deletam, quae lin. 3 commemoratur, certe ante a. 165 ponendus;

cui titulo cum propter universam scriptionis speciem, tum propter litterae Α formam sine ulla dubitatione adsciscere nobis licet inscriptiones:

nn. 85 (c. a. 150 secundum Kennerum, cf. Hoffmann adn. ad. nr.), 89, 97, 98, 103, 104, 113, 114, 120 (secundum Bechtelium), 122, 142, 144, 145b, 157: ΑΓΠΣ;

nn. 91, 95, 101, 106, 108, 115, 116, 124—6, 128, 136, 137, 150—5, 158, 159: ΑΜΠΣ.

Reliquos titulos plane mihi silentio praetereundos putavi, quod ad quaestionem meam magni momenti non sunt, vel nullis sermonis vulgaris vestigiis affecti vel, ut ei, quos apud Hoffmannum nr. 165—177 (p. 117—128) scite electos videmus,*) Aeolica lingua quidem concepti, sed imperatorum Romanorum aetate, qua ut multis in rebus apud Graecos studium antiqua restituendi cernitur, sic dialecti, quae illa aetate dudum vigere desierant, arte revocari coeptae sunt.

---

*) Balbillae sunt quattuor epigrammata nr. 174—177.

2. De Ionismis.

Vulgari sermoni Attico non attribuendae sunt eae formae, quas etsi aperte speciem eius prae se ferre videntur, tamen Ionicorum lapicidarum erroribus in duo publica decreta honoraria, nr. 85 et nr. 160, invasisse putamus. Quae iam singula liceat mihi enumerare, deinde suis locis in dissertationis meae cursu accuratius explicare. Falsa igitur exstant haud dubie in

nr. 85: *Διονυσίοις* $_4$ (pro *Διονυσίοισι*), *Δημήτριος* $_{5,58}$ (pro *Δωμάτριος*), *ὥστε* $_7$ (pro *ὥσκε*), *πρυτ[α]νείωι* $_{7,8}$ (pro *πρυτανήϊω*), *χρόνοις* $_{9,37}$ (pro *χρόνοισι*), *γραμμάτεος* $_{10}$ (pro *γραμμάτηος*), *πρυτανήω* $_{12}$ (pro *πρυτανήϊω*), *ἄλλοις* $_{18}$ (pro *ἄλλοισι*), *προσήκοισαν* $_{23}$ (pro *προσείκοισαν*), *συλλύθωσι* $_{24\cdot5}$ (pro *συλλυθέωισι*), *ἀλλήλοις* $_{25}$ (pro *ἀλλάλοις*), *ἐπαίνεσαι* $_{34\cdot39,41}$ (pro *ἐπαίνησαι*), *πραγματε[ύ]θηναι* $_{39\cdot40}$ (pro *πραγματεύθην*), *τούς* $_{46}$ (pro *τοίς*), *ἑαύτοις* $_{53}$ (pro *ἑαύτοισι*), *ψηφίσματος* $_{53\cdot4}$ (pro *ψαφίσματος*)*);

nr. 160: *πᾶσαν* $_9$ (pro *παῖσαν*), *χρυσέω* $_{20,26}$ (pro *χρυσίω*), *ὑπάρχειν* $_{28}$ (pro *ὑπάρχην*), *ἑαύτοις* $_{34}$ (pro *ἑαύτοισι*), *Διονυσίοις* $_{34\cdot5}$ (pro *Διονυσίοισι*).

Quibus omissis iam ad eam disputationis partem transeo, in qua mihi ordinem tenenti supra in huius libelli praefatione p. 2 constitutum primum agendum erit de iis sermonis Aeolici formis, quae in numerum proprietatum sonorum et declinationum referendae sint et vestigia ‚irruentis *κοινῆς*' evidenter ostendant.

---

*) Pro vulgari *α(ἰ)ρέσιος* $_{31}$ *α* Kennero proposito potius propter Aeolicum *ἀγρέθεντα* $_{49\cdot50}$ (cf. *ἀγρέθεντες* 83_{33}, *καταγ[ρ]έθηι* 82_{13}) cum Bechtelio, quem Hoffmann secutus est, scripserim *ἀ(γ)ρέσιος*.

I. De sonorum adfectionibus:

1. De vocalium mutationibus.

a) de vocalibus brevibus.

α pro ε.

1. Veteres Graecorum grammatici tradunt a Lesbiis in quibusdam adverbiis suffixum *-τα* pro Attico *-τε* (et Dorico *-κα*) adhibitum esse (cf. Meister, Griech. Dial. I p. 39). Quam rem confirmant non solum exempla ab illis ex Alcaei et Sapphus carminibus excerpta (apud Hoffmannum l. l. p. 133—194: *πότα κατέρωτα* Sa 1_5, *πότα* 56, *ὄτα* 43), sed etiam in titulis Aeolicis 129 A_{33} (a. 319—317) et 120_{15} (II saec. in.) *ὄτα*. Itaque summa cum probabilitate *ὄτε* 83_{44} (a. 324) adsignandum est sermoni vulgari ut eadem in inscriptione vetustissima praepositio *ἀνά* in participio *ἀναγράψαν[τ]ας*$_{49}$ (cf. p. 8 sq.).

2. Aeoles dixisse *ἄτερος*, non cum Jonibus *ἕτερος* et grammatici testantur (cf. Hoffmann p. 276) et lyricorum fragmenta (*ἀτέρα* Alc. 41_5 cumque crasi: *κατέρωτα* Sa 1_5, cf. Theocr. 30_{24} *κἄτερα*). Quare mihi *ἕτερος* 117_9, praesertim in recenti titulo (c. a. 200) comparens, ad *κσινὴν* revocandum videtur.

α pro ο.

ὑπά pro *ὑπό* usos esse Lesbios non tam per grammaticos (cf. Meister l. c. p. 40, not. 1) quam optimis codicibus traditum est in Sapph. 1_9 *ὑπα-σδείξαισα* et 2_{10} *ὑπα-δεδρόμακεν*. Sed inscriptiones semper vulgarem formam praebent:

IV s. in. *ὑπόδικον* 82_5 — IV s. ex. *[ὐ]ποσχέθην* 119 A_{40}, *ὑπό* 129 A_{27}, B_{27}. 119 D_{34}, 86_6, *ὑπόκεινται*$_4$, — III s. ex. *ὑπό* 87_1, 111_1, 117_7, $121_{14, 41}$, *ὑπολοίποισι* 90_{21} — II s. in. *ὑπό* 85_{52}, *ὑπόθεσθαι* $120_{3\cdot4, 4\cdot5}$ — Ro-

mano aevo: *ὑπό* 165_{8}, $173_{45,50}$ Samml.*) 232_{8}, 303_{3}, *ὑπογυμνασιαρχήσαντα* 230 A_{2}.

Nihilominus mihi quidem cum Hoffmanno (p. 271sq.) non videtur esse *κοινῆς ὑπό*, quippe quod iam IV saec. in. apud Aeoles exstet.

ε pro ι.

τέρτος pro *τρίτος* Aeoles admisisse praeter grammaticorum testimonia (cf. Meister p. 43, not. 1) ex patronymico, quod in inscriptionibus legitur, *Τερτικώνειος* 119 A_{37} (c. a. 324) satis elucet. Quamobrem non dubitabimus illud multo posterioris aetatis *τρίτα* 157_{17} (II s. in.) dialecto vulgari adscribere.

ι pro ε.

1. *ἰστία* pro *ἑστία* non modo Jonibus et Doribus (cf. Ahrens Graec. Dial. II 120 sq.), sed etiam Lesbiis fuisse proprium praeclare docet Vestae deae nomen *Ἵστία* 152_{3} (II s. in.). Itaque in eiusdem fere temporis inscriptione *ἑστίαν* $85_{47,8}$ (c. a. 150) e communi lingua fluxisse liquet.

2. *χρυσέω* $160_{20,26}$ pro Aeolico *χρυσίω* (cf. Hoffmann p. 588) in lapicidae Jonici erratis numerandum est (cf. p. 5), praesertim cum Attice *χρυσῷ* dictum sit.

ι pro ει.

ἄϊ pro vulgari *ἀεί* adhibuisse Aeoles cum grammatici (cf. Meister p. 195, not. 2), tum Sapphus vocabulum *ἀϊπάρθενος* 96 testantur. In titulis vetustioribus exstant:

IV s. ex *ἄϊ* 129 $A_{34,36}$ (a. 319—317) — III s. ex. *ἄϊ* $121_{34,47}$, *Ἀϊκλείδας* 144ace — Rom. aevo: *ἄϊ* 165_{12}.

Quae cum ita sint, *κοινῆς* auctoritate irrepsisse *ἀεί*

*) Collitz' Sammlung der griech. Dialektinschrftn., Bd. I. (1884).

in longe recentiores inscriptiones 84_{12} (III s. ex) et 127_5 (II s. in.) vix quisquam negabit.*)

o pro *α*.

1. *στρότος* pro *στρατός* in usu fuisse apud Lesbios et grammaticis testibus (cf. Meister p. 48, n. 1) constat et titulis satis superque demonstratur:

IV s. ex. *στρόταγοι* 83_7, *στροτάγοις* $_{13}$ (a. 324), *στροτ*[*άγοισι*] $129\,A_{7\cdot8}$ — III s. ex. *στρόταγοι* 84_1, *στρόταγον* $_{10}$, — II s. in. *στρόταγοι* 137_2 — Rom. aevo: *στροτάγων* 165_9, *στροτάγω* 169_{12}, 170_3, 172_3, *στροταγήσαντα* $171_{3\cdot4}$.

Cum igitur Aeolicum *στροτ-* tanta vetustate esse viderimus, facere non poterimus, quin agnoscasmus stirpem dialecti vulgaris *στρατ-*, quae in eiusdem aetatis inscriptiones se insinuavit. Praesto sunt haec:

IV s. ex. *στρατείας* $129\,A_{15}$ (a. 319 — 317; contra *στροτ*[*άγοισι*]$_{7\cdot8}$) — III s. ex. *στράταγος* 156_{17}, *στρατάγοις* 160_{28} — II s. in. *στράταγος* 85_2, *στράταγοι*$_9$, *στρατάγοις*$_{38}$, 157_8, *στρατάγω*$_{17}$, *στρατάγιον*$_{15}$, *Ἡρο-στράτω*$_{16,18}$, *Στρατίππω* 108, *Ἀγασι-στράτω* 158_3.

2. *ὀν* pro *ἀνά* praepositionis formam fuisse Lesbiacam haud minus grammaticorum explicationibus (Compend. III § 1 *ὄνω*=*ἄνω*, *ὀν-έληται*=*ἀνέληται*, *ὀν-εχώρησεν*=*ἀν-εχώρησεν*; cf. Meister p. 48, n. 1) atque exemplis apud lyricos traditis (*ὀν-εκρέμασαν* Alc. 32, *ὄνη*[*τ'*] 50_2

*) Quod quidem Meister p. 73 nescio quo iure contendit etiam numerale *εἴκοσι* 83_{21} (cf. *εἰκ. ἴσται* $_{39}$) pro Lesbiaco quod fingit *ἴκοσι* e vulgari sermone hanc in tam priscam IV s. ex. (*a.* 324) inscriptionem transmigrasse, nulla ratione stare potest. Nam in Arcadicae quoque dialecti titulis haud dubie Aeolicae cognatae ubique, quantum scio, *εἴκοσι* est exaratum (cf. Hoffmann, Griech. Dial. I p. 171, § 52).

cf. *ὀμνάσθην* Theocr. 29_{26}, *ὀμ-μιμνασκομένω* 30_{22}) quam titulis confirmatur, in quibus insunt:

in vetustioribus litt.: *ὀν-έθηκε* $178_{1\cdot2}$ — IV s. ex. *ὀγ-καρυσσέτω* 129 A_{37} (a. 319 — 317) — Rom. aevo: *ὀν-τε[θή]κοντες* $101_{8\cdot9}$, *ὀν-τέθην* $173_{8,34}$, *ὀν-θέμεναι* $_{53}$, *ὄν-θεντα* $_{39}$, *ὀν-σταθείσας* Samml. 232_8.

Tamen plerique habent vulgare *ἀνά*:

IV s. ex. (*ἀ*)[*ν-έσ*]*καψε* 119 $A_{4\cdot5}$, *ἀν-έλοντι* $_{25}$ (c. a. 333), *ἀναγράψαν*[*τ*]*ας* 83_{49}, *ἀνάγραψαι* 129 $A_{44\cdot5}$ $B_{59\cdot60}$, *ἀνάλωμα* B_{65} (iuxta *ὀγ-καρυσσέτω* A_{37}!) — III s. ex. *ἀνακαρίσσην* $112_{18\cdot9}$, *ἐπ-άνω* 90_{14}, 94_4, *ἄνω* $_8$, *ἀνέθηκαν* 111_2, *ἀν-αγγελίας* 160_{27}, *ἀναγγέλλοντος* $_{17,22}$, *ἀναγράφη* $_{35}$, *ἀνατέθη* $_{36}$, *ἀνάλωσαν* 84_{23}, *ἀνάλωμα* $_{24}$, *ἀνανγγελλέτω* 121_{29}, *ἀναγ*[*ο*]*ρεύθ*(*η*) $162_{2\cdot3}$, *ἀναγράφεισαι* $_5$, *ἀνατεθέωισι* $_6$, — II s. in. *ἀναγγελίας* 85_{45}, *ἀναγορευθέωισι* $_{53}$, *ἀναγράφη* $_{54}$, *ἀνατέθη* $_{54}$, *ἀνένεγκαι* $_{50}$, *ἀνακάρυξαι* 113_{11}, *ἀνάγραψαι* $120_{17\cdot8}$, $157_{4\cdot5}$, *ἀναγράφας* $_7$, *ἀναθέσιος* $_8$, [*ἀν*]*αγινώσκεσθαι* $_{14}$, *ἀν-έδωκαν* 95 A_2, *ἀνέθηκαν* 153_{11}, *κἀνθήσην* $_6$.

Ergo sequitur, ut inde a medio IV saec. (c. a. 333), quo quidem *ὀν* nondum perierat, vulgare *ἀνά* sine dubio e lingua communi coeptum sit substitui atque anno fere a. Chr. n. 300 prisca illa praepositionis forma in dialecto Aeolica plane mortua fuerit. Neque inepte monet Hoffmann p. 355 has duas inscriptiones antiquissimas, in quas primas *ἀνά* penetraverit, nr. 119 et nr. 83, ad regis Alexandri quasdam epistulas spectare Attice conceptas, et in titulo 129, qui illis paullo recentior utrumque, et *ὀν* et *ἀνά*, praebeat, hominem quendam, nomine Thersippum, collaudari publiceque honorari, cui eodem cum rege einsque successoribus familiaritas intercessisse videatur. Tribus demum saeculis post, Romanorum imperatorum temporibus, genuinum *ὀν* est revocatum.

3. Radicem *στολ-* pro Attico *σταλ-* certe Aeo-

lidi addicendam esse imprimis ex *κα-σπολέω* Sapph. 50.81 (att. *σταλῶ*) cognoscitur, cui non adversatur illud grammaticorum *στολείς* Compend. III 1 (cf. Meister p. 48, n. 1), quod propter *σπαλείς* ibid. 14 in *σπολείς* vertendum est. Qua de causa *σταλ-*, quod unum legitur in inscriptionibus:

IV s. ex. *ἀποστάλεντες* 119 A_{34} (c. a. 324) — III s. ex. *ἀποστάλεντα* 160_{23}, *ἀποστάλεντες* 84_2 — II s. in *σταλώσοισι* 95 B_{12}.

eo magis *κοινῆς* esse existimaverim quod ter cum vulgari *ἀπό* (cf. p. 11 sq.) coniunctum est.

4. Num re vera Aeoles *τομίας* dixerint pro *ταμίας*, quod Bastii emendatione *τομίας* Alc. 87 (pro tradito *το.μαις*) probata verisimillimum putant et Ahrens Dial. I 77 et Meister Dial. I 51, satis mihi obscurum esse confiteor. Etenim in titulis eisque vetustioribus semper vulgaris forma reperitur:

IV s. ex. *ταμίαις* 129 A_{45} (a. 319—317), *ταμίαι* 88_{45} — III s. ex. *ταμίαν* 84_{22}, 121_{49}, *ταμία*$_{41}$ — II s. in. *ταμίαν* $157_{2,5}$.

Si modo viri docti recte coniecerunt, dubitari nequit, quin inter *κοινῆς* vestigia *ταμίας* ponendum sit.

o pro *v*.

Ad Atticum *πρυταν-* respondere Aeolicum *προταν-* ex inscriptionibus vel antiquissimis apparet:

IV s. in. *πρότανις* 82_{19} — IV. s. ex. *προτάνιος* 83_{36}, *πρότανις* 119 C_{29}, *προταν*[*ηΐωι*] 129 $A_{32\cdot3}$ — III s. ex. *προτάνιος* $90_{2,4,6,11,13,15,17,19}$, *προτανήϊον* 121_{37} — II s. in. *προτάνιος*, $127_{1,2,3}$, *προτανήϊον* 120_{14}, *προτάνιος* 91.

Quam ob rem necessario nobis concedendum erit e vulgari sermone *πρυταν-* invasisse in recentiores titulos qui secuntur:

III. s. ex. *πρυτάνιος* $147_{14\cdot16}$ (ante a. 226) 112_3,

$156_{18\cdot9}$ — II s. in. *πρυτάνεις* 85_{46}, *πρυτανήϊον* $_{15,47,48}$, *πρυτανήω* $_{12}$, *πρυτ[α]νείωι* $_{7\cdot8}$, *πρυτανεύσας* 120_{12}, *πρυτανήϊον* 122_7, *πρυτάνιος* 157_{18}, *πρύτανιν* $_4$, *πρυτανήϊον* 136_{15}.

o pro *ου*.

βολλ- pro *βουλ-* Aeolicum fuisse optime docent inscriptiones, in quibus occurrunt:

IV. s. ex. *βόλλαι* 83_{38}, *βολλευέτω* $_{34}$ (a. 324), *προεβόλλευσε* $119\,D_4$, *βόλλαν* 86_5 — III s. ex. *βόλλας* 111_1, 156_1, *βόλλαν* 160_{30}, $84_{11\cdot2}$, *βόλλα* 130_{14} — II s. in. *προεβολλευσε* 85_1, *βόλλα* $_1$ 120_5 $95\,A_1$, *βόλλας* 137_3, *βολλαίω* $152_{2\cdot3}$, *βολλαία* $_3$ — Rom. aevo: *βόλλας* 165_3, *βολλευτηρίω* $_{15}$, *Ἀριστοβόλλας* 166_1, *βολλάοις* $_{8,9}$ $167\,A_{5\cdot6}$, *βόλλα* 168_1 169_2, 171_1, 173_{25}.

Quae cum ita sint, iam IV saec. *βουλεύσασθαι* $119\,D_{39}$ (c. a. 300; iuxta *προεβόλλευσε* $_4$!) e communi Graecorum sermone fluxisse iudicamus.

υ pro *α*.

1. *σύρξ* pro *σάρξ* a Lesbiis esse adhibitum grammatici testantur (cf. Meister p. 57, adn. 1). Itaque haud scio an vulgares formae *σάρκα* 112_{16} (a. 222—205) et *σάρκι* $_{21}$, 115_{11} (II s. in.) in titulis non vetustis inventae ad *κοινὴν* referendae sint.

2. De *πέσσυρες* pro Attico *τέσσαρες* apud Aeoles usitato vide infra p. 24.

υ pro *ο*.

1. *ἄπυ* pro *ἀπό* proprium fuisse Aeolidi non solum a grammaticis traditur (cf. Meister p. 54, n. 5) atque lyricorum sermone bene comprobatur (*ἄπυ* Sa. 44_3 Alc. $33_7 84$, *ἀπυστρέφονται* Sa. 78_4, cf. *ἄπ υ*Theocr. 28_{16}), sed etiam ex titulis iisque antiquissimis certissime evincitur:

IV s. in. *ἀπυφ[ύ]γηι* 82_{15} — IV s. ex. *ἀπυδόμεναι* 83_{45} (a. 324) — Rom. aevo: *ἄπυ* 165_{10} 171_{14}, *ἀπύγονον*

$169_{8\cdot9}$, *ἀπυδέδοσθαι* 173_{24}, *ἀπυδόχα* $_{29}$, *'πυ* Balbilla 174_5, 177_1, *ἀπύγονον* Samml. 232_5.

Plerumque vero *ἀπό* offertur:

IV s. ex. *ἀποδόσιος* $119A_{22}$, *ἀποθάνην* $_{19\cdot20}$, [*ἀ*]*πολίπων*$_2$ (c. a. 333), *ἀποστάλεντες* $_{34}$, *ἀπογόνων* $_{36\cdot7}$, *ἀποθάνην* $B_{26\cdot7}$, *ἀπογόνων* $D_{21,30,37}$, *ἀπο*[*γόνοις*] $_{15\cdot6}$, *ἀπο*[*στέ*]*λλαις* $_{10\cdot1}$, *ἀπό*? 129 B_2 — III s. ex. *ἀπογράφεται* 90_7, *ἀπό* 94_8, *ἀπόθεσιν* $_{10}$, *ἀποπ*[*ε*]*ράσσει* $156_{13\cdot4}$, *ἀποδώσει* 160_{33}, *ἀποστάλεντα* $_{23}$, *ἀποστέλλαντα* $_{18\cdot9}$, *ἀποστάλεντες* 84_2, *ἀπό* $121_{49,55}$, *ἀπονέμ*[*μαντα*] $_{39}$, [*ἀ*]*ποτάσσην* $_{47}$, *ἀπύστελλαι* 130_6, *ἀποσ*[*τέλλαν*]*τος* $_{3\cdot4}$ — II s. in. *ἀπόδειξιν* 85_{17}, *ἀπόστελλαι* $_{32\cdot3}$, *ἀποστελλάντων* $_{30\cdot1}$, *ἐξαποστελλάντων* $_{28\cdot9}$, *ἀποπτέρασ*[*σαι*] $120_{2\cdot3}$, *ἀποδόμεναι* 157_6, *ἀποδείχθη* $_{15}$, *ἀποδειχθησόμενον* $_{5\cdot6}$, *ἀποδειχθησομένοις* $_9$, *ἀποδεδείγμενον* $_{11}$, *ἀπόφασιν* 95 B_{10}, *ἐξαποστόλα* 116_2.

Apertum igitur est *ἀπυ*, quamquam medio fere IV saec. (a. 324) nondum plane sublatum, inde ab hoc tempore (c. a. 333) magis magisque apud Aeoles vulgari praepositionis formae *ἀπό* cessisse et anno fere 300 omnino exstinctum fuisse, donec Romana aetate rursus reductum est. Idem ergo *ἀπυ* est passum quod, ut supra p. 9 edocuimus, *ὀν*, etsi illud paullo diutius retentum videtur: nam legitur in inscriptione 83 (a. 324) *ἀπυδόμεναι* $_{45}$, sed *ὀναγράψαν*[*τ*]*ας* $_{49}$.

2. *ὔμος* pro Attico *ὁμός* admisisse Lesbios nec lyricis ignotum fuisse e grammaticorum testimoniis (cf. Meister p. 52, adn. 2) evidenter perspicitur nec non e formis Balbillae *ὔμοι* 177_3 (= att. *ὁμοῖ*) et Theocriti *ὐμάρτη* 28_3, *ὔμοιον* 29_{20}, *ὐμ-αλίκω* (pro tradito *ιμαλικὼ*) 30_{20}. Sed ne in titulis quidem deest: cf. *ὐμο-λογίας* $155a_{13\cdot4}$ (IV s. ex.) et *ὐμοίως* 167 A_6 (Rom. aevo). Non igitur sine causa contendere possumus e communi

lingua petitum esse eodem fere tempore (IV s. ex.) vulgare ὁμο- in inscriptionibus:

IV s. ex. *ὁμο-λογήμενα* $83_{32,3,35}$ (a. 324), *ἰ[μοι]* 119 B_{31}*) — II s. in. *Ὁμο-νοΐα* 101_2.

3. *ὄννμα* pro *ὄνομα* in usu fuisse apud Aeoles ut patet e grammaticorum traditione (cf. Meister p. 55, n. 4), sic titulis comprobatur:

III s. ex. *Ἀντ-ωνύμειος* 90_{21}, *Καϊκώννμος* 111_7, *Ὀννμάης* 141 (?)**) — Rom. aevo: *ὄννμα* $166_{5,7,8}$ 167 A_2, *προσ-ονυμασίας* 173_{17}, *προσ-ονυμάσδεσθαι* $_{7,8}$, *ἐπώννμον* 171_{13}.

Quare valde prompti erimus ad formas vulgari sermoni impertiendas eiusdem fere inferioris aetatis *ὀνόματος* 84_{18} (III s. ex.) et *Ὀνομάνορος* 105 (II s. in.). Quamquam Hoffmann p. 402 Aeolice semper dictum esse statuit *ὄννμα, -ώννμος*, sed — in syllaba accentu instructa — *ὀνόματος, ὀνόματι*. Quae quidem sententia cum illo *Ὀνομάνορος* haud aliter atque adiectivo patronymico *Ἀντ-ωνύμειος* omnino refellatur, praeterquam quod in Thessalica quoque dialecto *ὀνύματα, Ὀνύμ-αρχος* habemus, utique totam rem in medio relinquere praestabit.

b) de vocalibus longis et diphthongis.

ᾱ pro η.

α vocalem longam, quippe qua Aeolicae linguae haud minus quam Doricae singularis quaedam ac quasi insignis nota inusta sit, nunquam in *η* vulgare immutatam esse et e lyricorum carminibus et ex omnibus inscriptionibus, quarum exempla innumerabilia hoc loco afferre supervacaneum est, satis elucet. Itaque

*) Vix enim aliter conieceris, quia *στοιχηδόν* concepta est inscriptio.

**) *Κλεώννμος* $85_{5,6}$ 130_9 est homo Ionius.

1. *μῆκος* 94_9 (III s. ex.) pro *μᾶκος* certe *κοινῆς* est.

2. Ionici lapidarii sunt in titulo 85, in quo sescenties *ᾱ* integrum servatum est: *ἀλλήλοις* $_{25}$, *ψηφίσματος* $_{53\cdot4}$ pro *ἀλλάλοις*, *ψαφίσματος* cf. p. 5*).

ηι pro *ει*.

Neutra a verbis in-*εύω* exeuntibus derivata semper apud Lesbios in *-ήϊον* desinunt. Haec nobis suppetunt inscriptionum exempla omnia a verbo **πρωτανεύω* seu *πρυτανεύω* (cf. p. 10 sq.) deducta:

IV s. ex. *πρωταν*[*ηΐ*]*ωι* 129 $A_{32\cdot3}$ (a. 319 — 317)**) — III s. ex. *πρωτανήϊον* 121_{37}, [*πρωτα*]*νηΐω*$_{44}$ — II s. in. *πρωτανήϊον* 120_{14}, *πρυτανήϊον* $85_{15,47,48}$***) 122_7 136_{15}.

Feminina vero ab iisdem verbis delapsa in vetustioribus titulis in *-εία* exeunt:

IV s. ex. *στρατείας* 129 A_{15} (a. 319 — 317) — III s. ex. *πολι*[*τ*]*είαν* 147_{18}, *πρεσβεία* 121_6, — II s. in. *πολιτ*(*εί*)*ας* 85_8, *πολιτε*[*ί*]*α* $_{38}$, *ἀγορεία*(*ν*) 157_{11}.

Romana demum aetate orta est forma *πρυτανηΐα*[*ν*] 171_{14}: quae utram Aeolica habenda sit an ex analogia neutrorum in *-ήϊον* sit ficta, diiudicare non audeo. Monendum certe est, in inscriptione 121 iuxta *πρωτανήϊον*$_{37,44}$ scriptum esse *πρεσβεία*$_6$: unde verisimile quidem fit neutra ex initio in *-ήϊον*, feminina in *-εία* desiisse, ita ut vix *κοινῆς* auctoritas sit agnoscenda.

ω pro *ου*.

ὦν pro Attica *οὖν* non solum Aeolum, sed etiam Jonum et Dorensium fuisse inter grammaticos testatur Apollonius

---

*) *Δημήτριος* $_{5,58}$ pro *Δωμάτριος* (cf. [*Δ*]*ώ*(*μα*)*τρος* 153_7 et *Δωμάτριος* in nummo Cymaeo: Mionnet Suppl. VI 10) est Ionicum nomen proprium, cf. p. 5.

**) Sic procul dubio propter litteras *στοιχηδόν* positas supplendum est.

***) Ex quo per se ipsum apparet magna Jonici quadratarii inconstantia exstitisse *πρυτ*[*α*]*νείωι* $_{7\cdot8}$ et *πρυτανήω* $_{12}$, cf. p. 5.

de coniunct. 228,21: *ὡς οὐ παρὰ τὸν »οὖν« ἡ σύνθεσις, ἀλλὰ παρὰ τὸν »ὦν«, ὄντα Ἰωνικὸν καὶ Αἰολικὸν καὶ Δωρικόν.* Quam ob causam affirmaverim ex vulgari lingua translatum esse *οὖν* in recentiores titulos 160_{15} (III s. ex.) et 85_{27} (II s. in.), nisi forte lapidariis vitio vertendum credimus, quorum neglegentia mira ac summa inscientia permulta falsa irrepsisse in duo illa pleb iscita iam saepius animadvertimus.

αι pro *η*.

αἰμι- pro *ἡμι-* Aeolidi vulgo adscribendum esse praeter grammaticos (Herodian II 521,7 = 362,26 [Etym. Magn. 452,37] *Αἰολεῖς τὸ Ἡσίοδος καὶ ἠμίονος Αἰσίοδος καὶ αἰμίονος λέγουσιν*) commodissime docet illud inscriptionum *αἰμίσεων* 82_{9v11} (IV s. in.)*) Tamen valde haesito an vulgaris sermonis vestigiis adnumerem illud *ἑμι-*, quod in Sapphus vocabulo *ἡμι-τύβιον* 116 et in titulis satis bonae notae exstat:

IV s. ex. *τρι-ημί(εκτ)ον* $155a_7$ — III s. ex. *ἡμ[ι-μόριον]* 90_{10}, *ἡμι-μέδιμνοι* 135_3, *ἡμίεκτα* $_4$, *ἡμί-χοον* $_6$. Fortasse antiquitus apud Aeoles *ἡμι-* iuxta *αἰμι-* usitatum erat.

ει pro *η*.

εἵκω pro Attico *ἥκω* dixisse Lesbios propter Sapph. 2_8 *εἵκει* (= *ἥκει*) perquam manifestum est. Itaque *προσ-ήκοισαν* 85_{23} (c. a. 150) si minus *κοινῆς* formis, at saltem Jonici lapicidae erroribus adtribuendum esse pro certo pronuntiaverim, cf. p. 5.

c) de contractione.

1. More Lesbiaco (cf. Hoffmann p. 293 sqq.) ex *σᾰο-* contractione *Σᾱ-*, non *Σω-* fieri debuit in *Σω-γενείω*

*) Theocritum quoque *αἴμασι* 29_7 (pro tradito *ἅμασι*) scripsisse sane liceat suspicari.

$135_{2.3}$ (III s. ex.) pro *Σᾱ-γενείω.**) Illud *Σω-* in nomine proprio fortasse favente forma *Σωσι-* (cf. *Σωσί-κλης* 146_5, *Σωσία* 106) e vulgari dialecto ad Aeolidem transisse videtur.

2. *ᾱο* in *ᾱ* ab Aeolibus contractum est in particula *ἆς* = ion. *ἦος* = att. *ἕως*. Quae cum bene tradita sit apud Sapph. 25, Adesp. 56 B_4, Theocr. 29_{20}, *κοινῆς* auctoritate receptum esse *ἕως* 112_{18} (a. 222—205) nobis constat.

3. Vocalem ε cum vocali sequente intercedente *σ* eiecto numquam Aeoles contrahebant. Itaque habemus apud lyricos: *ἀόλλεες* Alc. 37 A — *μέλεα* Sa. 50, *εὐάνθεα* 78_3, *ἀνθε(α)* 121_1, *λαθικάδεα* Alc. 41_3, *ἀλάθεα* 57 = Theocr. 29_1, *ἀλάθεας* $_2$ — *κείσεαι* Sa. 68_1, (cf. Theocr. 29_{21} *ἀκούσεαι*) atque in inscriptionibus:

IV s. ex. *ἀτέλεες* $155a_{16.18}$, *ἀτέλεα* $_{19}$ — III s. ex. *συντελέη* 112_{14}, *σκεύεα* 135_1 — II s. in. *συντελέη* 115_9, *συγγένεες* 151_2 — Rom. aevo: *ὑπερβάρεα* 173_{15}, *παντέλεα* $_{22}$, *συντελέη* $_{30}$, *εἰσέβεες* Balbilla 175_{15}.

Quem usum cum tam vetustum fuisse apud Lesbios ac tam diu restricte observatum videamus, formam *συγγένεις* 85_{16} (II s. in.) (pro *συγγένεες*, — cf. supra nr. 151_2 — e * *συγγενε-σ-ες* orto) vel reliquis huius tituli erratis per Jonicum quadratarium factis adiungendam (cf. p. 5) vel aeque ac *μέρη* 138_8 (III s. ex.) (pro *μέρεα* — cf. *σκείεα* 135_1 — e * *μερε-σ-α* nato) ex vulgari sermone deductam esse censemus.

4. Neque aliter *-εϜε-* (*-εϜα*) apud Aeoles *Ϝ* amisso plane contractionem effugisse cum lyricorum exemplis (*ὤκεες* Sa. 1_{10}, *Ϝροδοπάχεες* 65, *κακχέεται* 2_{13}, *ἔγχεε* Alc. 41_4, cf. *Ϝάδεα* Alc. 39_3), tum titulorum fide probatur:

---

*) cf. arcad. *Σᾱ-κλῆς*, *Σᾱ-στρατος* (cf. Hoffmann Griech. Dial. I p. 138).

IV s. ex. *πρέσβεες* 119 A_{33} (c. a. 324), *Αἰγαέεσσι* $155a_{12}$ — II s. in. [*εἴκ*]*λεες* 95 B_{23}, *Καισάρεες* 125_2.

Propterea nulla causa est, cur non ponamus non modo *πρέσβεις* $84_{2\cdot16}$ (III s. ex.)*) 157_{15} (II s. in) (pro *πρέσβεες* — cf. nr. 119 A_{33} — ex * *πρεσβε-F-ες* orto) fluxisse e dialecto vulgari, sed etiam antiquiore tempore nomina propria cum *-κλειτος* et *-κλεινος* pro * *-κλεε-τός* et * *κλεενός* (e * *κλε-F-ετός* et * *κλε-F-εσνός* nato) composita:

IV s. ex. *Κλε*[*ῖτ*]*ον* 129 $A_{14\cdot5}$, *Ἥρα-κλείτω* $_{45\cdot6}$ (a. 319—317) — III s. ex. *Κλεῖνος* 90_7, *Κλειτομ*[*άχ*]*α* 145b — II s. in *Θεο-κλε*[*ίτ*]*ω* 127_{10}.

5. Neque vocales *-oo-*, *-oε-* = *-oFo-*, *-oFε-* apud Lesbios coalescere solebant. (cf. *νόον*, = att. *νοῦν*, Alc. 78 Sapph. 70 Theocr. 30_{30}, *νόος*, = att. *νοῦς*, Theocr. 28_2 — [*ὀμον*]*όεντες* inscr. 83_{30} : IV s. ex., *νοέοντα* Theocr. 29_{31}). Ideo formae *εἴσπλουν*, *ἔκπλουν* $156_{5\cdot6}$ (III s. ex.) $158_{8,9}$ (II s. in.) pro Aeolicis *εἴσπλοον*, *ἔκπλοον* in haud antiquis titulis repertae ‚irruenti *κοινῇ*' sunt impertiendae.

6. *ι* ex *ιε* contractione evasisse valde probabile ac paene certum est in vocula *ἶρος*, quam Romanorum aetate imperatorum *εἶρος* scriptam antiquitus propriam fuisse Lesbiis pro Attico *ἱερός* luculentissime demonstrant hi tituli:

IV s. ex. *ἶρα* 119 A_{11} (c. a. 333) B_{10} 83_{44}, *ἴρηας* $_{42}$, *ἰρείαις* $_{43}$, *ἴρων* 129 A_{50}, *ἰροπόηται* $_{33}$, *ἰρήϊα* B_6, *ἴρ*[*οις*]$_{48}$ — III s. ex. *ἶρα* $112_{15,22}$, *ἰρήϊον* 92_5, *ἴρω*? 117_1, *ἴρων* 160_{31}, *ἶρον* 84_{21}, *ἶρα* $_{23}$, *ἰρητεύει* 121_{45}, *ἶρον* 139 — II s. in. *ἶρα* 120_{11} — Rom. aevo : *εἴραις* 165_{71}, *εἴρω* $_{14\cdot15}$, *εἰρέεσσιν* 166_{11}, *εἴρων* 168_{25}, *ἀρχ-είρεος* $169_{7\cdot8}$, *εἴρεα*

*) lin. 2 insuper nominativus Attice pro accusativo usurpatur.

171_6, *ἀρχ-είρεα* $_6$, *κατ-είρων* 173_6, *κατ-ειρώσιος* $_{16}$, cf. *ἴρηες* Balb. 175_6, *ἶρον* Theocr. 28_4.

Quo magis persuasum habemus *κοινῆς* esse *ἱερός* hisce in inscriptionibus recentibus:

III. s. ex. *Ἱερα* . . . 147_{16} (ante a. 226), *ἴερον* 162_6 — II s. in *Ἱερογένειος* 85_{56}, *ἱερατείσαις* $97_{1\cdot2}$.

d) de apocope.

Apocopen passae sunt Aeolica in lingua praepositiones *ἀνά*, *κατά*, *περί*, *παρά*.

1. De *ἀνά* in *ὀν* correpto vide p. 8 sq.

2. In praepositione *περί* a lyricis saepius apocope est admissa; *πε*[*ρ ταίς*] Alc. 50_3, *περθέτω* 36_2, *περ σῶ* 74, *περ κεφάλας* 93, *περ ἀτιμίας* 74, quamquam forma non correpta haudquaquam ab eisdem repudiatur: Sa. 1_{10} 28_4 35 53_2 Alc. 15_4 36_1 39_1.

Neque igitur e vulgari sermone haustum esse statuimus *περί*, quod solum praeter obscurum illud *περ ἴρω* 117_1 (III s. ex.) vel vetustiores tituli praebent:

IV s. ex. *περί* 119 $A_{16,22\cdot25}$ (c. a. 333)$_{33\cdot40}$ $83_{11\cdot25,30\cdot31\cdot32}$ 129 $A_{15\cdot17}$ B_{56} 119 D_{31} — III s. ex. *περί* 156_{15} 160_{31} $84_{1\cdot4}$ $121_{6\cdot8}$ — II s. in. *περί* 85 persaepe 98_2, *Περίγενις* 103, *περιφόρος* 113_{10}, *περιβάλεσθαι* 120_6, *περί*$_{11\cdot13}$, 115_8.

Ac mihi quidem *περ* potius poetarum licentia interdum pro magis usitato *περί* usurpatum videtur.

3. Consonante insequente *παρ* dixisse Aeoles pro *παρά* ut elucet e Sapph. 16 *παρ δ'ἴεισι**) et Alc. $15_{6\cdot6}$ *παρ δέ* (cf. *παρ Δίος* Theocr. 28_5, *παρ φίλων* $_{25}$), ita vel maxime inscriptionibus confirmatur:

IV s. ex. *παρ τᾶς* 83_4, *παρχωρήσαντες*$_6$ (a. 324), *παρ τῶν* 129 A_{18}, *παργενόμενος* $_{12}$, *π*[*αρ τ*]*αῦτα* $B_{33\cdot4}$**)

*) Sapph. 52 *παρὰ δ'ἔρχεται* antiquitatis colorem sapit.

**) cf. p. 14, adn. 2.

— III s. ex *παρ τῶ* 134_2 84_3, *παρκάλει* 130_5, *παρ τᾶς* 162_5 — Rom. aevo : *παρ τᾶς* 165_2, *παρ ταῦτα* $_6$, *παρ ταίς* 173_{53}, *π(ά)ρπει(σ)αι* Balbilla 176_5.

Quae cum ita sint, e vulgari sermone eodem fere tempore *παρά* invasisse liquet in hosce titulos:

IV s. ex. *παρὰ τό* 119 A_{28} (c. a. 333), *πα[ρὰ] τοίς* C_7*), *παρὰ ταῦτα* D_{36} — III s. ex. *παρὰ Φιλίσκω* 156_{12}, *παρὰ τᾶ* 160_{29}, *παραγενόμενος* $_{11,32}$ 130_{10} — II s. in. *παραγενόμενοι* 85_{23}, *παρακάλην* $_{52}$, *παρακάλεσαι* 157_2, *παραγενόμενοι* 95 B_8.

4. In *κατά* semper Aeoles apocopen ita adhibuisse, ut mutam *τ*, quae correptione finalis fiebat, consonanti, a qua pooxima vox seu syllaba incipiebat, adsimularent, non solum e lyricorum fragmentis facillime perspicitur — cf. *καττίπτεσθε* Sa. 62, *κατ(α)θναίσκει* 62, *κατθάνοισα* 68, *καγγόνων*? 44, *κακχέεται* 2_{13}, *καμμέν* (pro tradito *κἄν*)$_9$ 81, *κατ τᾶν* Alc. 15_2, *κατ τῶ* 36_3, *καδ δέ*$_3$ 41_2, *κακ κεφάλας*$_5$, *κάτθανε* 20, *κάββαλλε* 34_3, *κακχέει* 39_4 — sed etiam ex inscriptionibus:

in vetustioribus litt. *ἐκάθθηκε* 164 saepe — IV s. in. *κατθέμεναι* 82_{17} — IV s. ex. *καλλάφθεντος* 119 A_{20}, *κατ τοίς* C_{14}, *καλλίοντος* 129 $B_{56\cdot7}$, *κατ* [*τά*]*μ* 119 D_{28} — III s. ex. *κατ τόν* 112_{23}, *κατ τοίς* $160_{13\cdot25}$ 130_{13}, *κατάν* (pro *κατ τάν*) 138_{10} — II s. in. *κατ ταίς* 85_{35}, *κατ τοίς*$_{43}$, *κασ-σκεάσσαντος* 124_5 — Rom. aevo: *κατ τάδε* $173_{31\cdot46}$, *κατ τά*$_{35}$, Samml. 303_4, *κάλλιπεν* Balb. 174_{13}.

Tamen mature vulgarem praepositionis formam in Aeolidem penetrasse eisdem titulis edocemur. Haec sunt in promptu:

IV s. ex. *καταψ[α]φίσθη(ι)* 119 A_{17} (c. a. 333; contra *καλλάφθεντος*$_{20}$), B_{20}, [*κατ*]*ὰ τάν*$_{16\cdot7}$*), *κατάγνω*

*) cf. p. 13, adn. 1.

C$_{18}$ (sed κατ τοίς$_{14}$), κατὰ τόν D$_{17·8·24}$ (iuxta κατ [τά]μ$_{28}$), κατὰ τῶν$_{6·27·29·35}$, κατὰ τοίς$_{14}$, κατὰ τούτων$_{33}$, καταπορεύεσθ[αι]$_{22}$ — III s. ex. κατὰ τᾶς 121$_3$, [κα]τὰ τάν$_{18}$ — II s. in. κατάταξαι 120$_8$, κατὰ τά 136$_{5·14}$.

2. De consonarum mutationibus.

De spiritu.

Lesbios fuisse ψιλωτικούς i. e. caruisse spiritu aspero nemo est qui nesciat. Quod non modo uno consensu ac persaepe in artibus suis grammatici testantur (cf. Meister p. 100, n. 1), sed etiam poetae lyrici, apud quos multis locis certissima adspirationis neglectae indicia exstant: Ϝιότατ' ὔμμε (= att. ὑμᾶς) Alc. 13A, Ϝιόπλοκ' ἄγνα (cf. att. ἁγνός) 55, οὐκ οὕτω (att. οὗτος) Adesp. 56 A$_8$, κἀτέρωτα (att. ἕτερος) Sa 1$_5$, κὤττι (= att. καὶ ὅτι$_{15·17}$), ἐτ' εἴκει (att. ἥκω) 2$_8$, θέλετ' ὔμμες (= att. ὑμεῖς) 25, ὤρχηντ' ἀπάλοισι (att. ἁπαλός) 54*), cf. ὑπἀπάλω Theocr. 28$_4$, οὐκ ὅλας (att. ὅλος) 29$_4$, κὤτα (= att καὶ ὅτε)$_7$. Neque in inscriptionibus desiderantur complura ψιλώσεως vestigia:

in vetustioribus litt. Ἐρμ(έ)ας (= att. Ἑρμείας, Ἑρμίας) 178$_2$ — IV s. ex. κατ-εστακόντων (att. ἕστηκα) 129 A$_{21}$, μετ' Ἡρακλείτω (att. Ἡρα-)$_{45·6}$ — III s. ex. [ἐ]π-[έσ]τακε 156$_{16·7}$ — II s. in. ἐπ-εστάκοτ[ος] 157$_{17}$, κατ ὅττι (att. ὅτι) 153$_9$ — Rom. aevo: κατ-είρων (att. ἱερός: cf. p. 17 sq.) 173$_6$, κατ-ειρώσιος$_{16}$, κατ-ιδρύσει (att. ἱδρύω)$_7$, τ'ὅσα, κὤσσα (att. ὅσος) Balb. 174$_{14}$.

Considerantibus nobis quam diu Aeoles psilosin observarint, ad communem Graecorum sermonem revocanda sunt in titulis, quaecumque adspirationem prae se ferunt:

*) Dubie tradita sunt μέλπετ' ὐμήναον Sa. 107, ἀπ' ὐσσάκω Adesp. 46 A.

IV s. ex. *ἀφ-ικόμενος* 119 A_{14}, *καθ-όδω* $_{22}$ (c. a. 333), *ἀφ-ικομένων* $_{35\cdot6}$, *καθ-άπερ* 129 B_{31} (contra *κατ-εστακόντων* A_{21}, *μετ' Ἡρακλείτω* $_{45\cdot6}$, cf. supra) — III s. ex. *καθ' ὃγ καῖρον* 160_{14}, *ἀφ-έθεις* $_{14}$, *ἔφ-οδον* $_{29}$, *καθ-ισταμέναις* 84_{12} — II s. in. *ἔφ-οδον* 85_9, *καθ-ό* $_{19}$, *ἐφ-οδίων* 89_2, *(κ)[α]θ-άπερ* 120_{17}.

Accedit quod harum quas modo enumeravimus formarum nonnullae (*καθ-άπερ*, *καθ-ό*, *καθ' ὃγ καῖρον*) vulgare pronomen relativum *ὅς ὅ* pro demonstrativo *ὁ το-* contra usum Lesbiacum (cf. p. 51 sq.) praebent.

j.

ι seu potius j genuinum sine accentu post *ρ* positum interdum ab Aeolibus antecedenti liquidae adsimulatum est. Huc referenda sunt apud lyricos: *πέρρ-οχος* (= **πέρι-οχος*) Sa. 92 et fortasse *πόρφυρα* (= **πορφύρια*?) 44 (cf. Theocr. 29_{25} *περρ ἀπάλω* = *περι ἀπάλω*), deinde glossae *περρ-εθήκατο* (= **περι-εθήκατο*), *περρ-έχειν*, *περρησιππίαν*, ad quas ea grammaticorum (cf. Hoffmann p. 320) vocabula adicias, in quibus suffixa *-ριο*, *-ρια* post consonantes in *-ερρο*, *-ερρα* abierunt (*ἀλλότερρος*, *Καϊστερρος*, *κόπερρα*, *μέτερρος*, *Πέρραμος*) atque ex inscriptionibus: *Ἀγερράνιος* $121_{27\cdot45}$ (III s. ex.) et *ἄργυρα* $153_{4\cdot5}$ (ex **ἄργυρρα* = *ἄργυρια*: II s. in.). In ceteris vero titulis vocalis *ι* mutata non est:

IV s. in. *κύ[ρ]ιον* 82_4, *δικαστήριον* $_{16}$, — IV s. ex. *σωτήρια* 129 A_{43}, *κύριον* 119 $D_{27,29}$, *δικαστήριον* $_{13,24}$ — II s. in. *χαριστήρι[ον]* 97_2, *Κύριος* 104, *ἀργύριον* 120_7, *κίριον* 157_{10}, *δικαστήριον* $_{12}$, *κύρια* 95 B_{11}, *μύριο-* 150_5*)

quae formae aut e vulgari sermone in Aeolidem illatae aut ex analogia illarum fictae sunt, in quibus accentus in vocali *ι* positus adsimilationem prorsus pro-

*) cf. huius generis exempla apud poetas reperta: *ποτήριον* Sa. 67 Alc. 52, *δένδριον* Alc. 44.

hibebat, veluti in voce *πορπυρίαν* Sapph. 64 (cf. Theocr. 30_8 *μετρίως*) et multis inscriptionum vocabulis:

IV s. ex. *δισμυρίοις* 119 A_3 (c. a. 333), *σωτηρίαι* 83_{40}, *σωτηρίαν* 129 A_{20} (cf. *σωτήρια* $_{43}$), *κυρία* B_{22} — III s. ex. *σωτηρίαν* 84_{25}, *σωτηρίας* 121_{42} — II s. in. *δικαστηρίω* 85_{20}, *σωτηρίαν* 157_{10} — Rom. aevo: *ἀργυρίω* $165_{7\cdot8}$, *σαωτηρία* $_{12}$, *βολλευτηρίω* $_{15}$, *Αἰθερίω* 168_9, *μυστηρίω* $_{11}$, *Φρατρίω* 173_{54}.

ζ.

1. *ζά* pro *διά* in usu fuisse apud Lesbios praeter testimonia grammaticorum (cf. Meister p. 127, adn. 2) poetarumque exempla (*ζὰ δ'ἐλεξάμαν* Sa. 87, *ζάβατον* 158, *ζάδηλον* Alc. 18_7, cf. Theocr. 29_6 *ζὰ τὰν σὰν ἰδέαν*) etiam tituli comprobant:

III s. ex. *Ζ-αιθώνειος* (= *Δι-αιθώνειος*) 111_4 et Rom. aevo: *ζά* 168_3, *ζακόρων* $_{21\cdot2}$.

Nihilosecius in plurimis eisque antiquissimis semper invenitur *διά*:

IV s. ex. *δι-αρπάσαις* 119 A_{12}, *διέβαλλε* $_{15}$, *διαφόραν* $_{18}$ (c. a. 333), *διαγράφαν* $_{35}$ B_{17}, [*δι-αρ*]*πάσαις* $_{10\cdot1}$*), *διά* $_{24}$, *διαλυσί*[*εσ*]*σι* $83_{3,28}$, *διαλύσι* $_{20}$, *διαλυθήσονται* $_{27}$, *διάλυσις* $_{31}$, *διάλυσιν* $_{41}$, *διάλ*[*λαξε*] 129 $A_{3\cdot4}$, *δι-ώικησε* $_{24}$, *δ*[*ια-με*]*νην* $B_{28\cdot9}$**), *διαγράφαν* 119 $D_{10\cdot13,25}$, *διαγράφα*[*ς*] $_{23}$, *διαγρά*[*φ*]*αις* $_{32\cdot3}$, *διαλέλυσθαι* $155a_{14\,5}$ — III s. ex. *διέλυσε* 160_{12}, *διαμέν*[*ωσι*] 84_4, *διαμένει* $_{14}$, *διοικέσιος* $_{22}$, *διά* 121_3, *διατη*[*ρέων*] 130_{15} — II s. in. *διά* 127_6, *διακρινόμενοι* 85_{25}, *διεξαχθέωσι* $_{43}$, *δι*[*ά*] 98_1, *διετέλειε* 120_{11}, *διοικήσιος* 157_6, *διό* 95 B_4, *διακούην* $_9$, *διά* 137_6, $150_{4,7}$, *διαθήκαν* $155_{2,3}$.

Utrum autem forma *διά*, quam et apud veteres lyricos et in illa III s. inscriptione 111 nisi in compositis non in *ζά* mutatam esse Hoffmann p. 514 ad-.

*) cf. p. 13, adn. 1.

**) cf. p. 14, adn. 2.

monet (cf. *διὰ μέσσω* Sa. 1_{12}, *δι᾽* 4_1 90_2 Alc. 29 Balb. 174_8) iam antiquiore tempore illud *ζά* plane oppresserit an e vulgari demum dialecto sub finem IV s. (c. a. 333) penetraverit, in dubio relinquendum est.

2. Nec minus obscurum est, utrum *Ζόννυσον* re vera Bacchum deum Lesbii vocarint, quae forma nisi in una Romani aevi inscriptione 167 A_5 B_3 non legitur, an cum ceteris Graecis *Διόν(ν)υσον*. Quod vulgare dei nomen cum ubique in titulis illo quidem aliquanto vetustioribus, sed non ita priscis exstet, *κοινῆς* fortasse auctoritate se insinuavit. Hoc vero altera quoque de causa veri haud dissimillimum esse infra p. 30 exponemus.

De *ν* paragogico.

ν paragogicum numquam in soluta oratione hiatus evitandi causa ab Aeolibus positum est. Argumento sunt haec in priscae vetustatis titulis:

in antiquioribus litt. (*ἐκά*)*θηκε ὀ* 164c, *ὀνέθηκε Ἐρμέας* $178_{1\cdot2}$ — IV s. in. *γρ᾽φοισι εἰς* 82_3, *ἐπεί κε ὠνίαντος* $_{12}$, *μήννε(σ)σι. αἰ* $_{13}$, *αἰ δέ κε ἀπιφύγηι* $_{15}$ — IV s. ex. *ἐξεκλάϊσε ἐκ* 119 $A_{7\cdot8}$, *ἀπέπεμψε ἀφικομένων*$_{35\cdot6}$, *ἐξεκλάϊσε ἐκ* B_2, *ἦρξε εἰς*$_6$, *πρόσθε ἐοντ-* $83_{2,7,8,10,22}$, *ὅσσα κε ὁμο[λογήμενα]* $_{32}$, *αἴ κε ἄγηται* $_{34}$, *κατελθόντεσσι ἐπί* $_{36}$, *θέοισι ἐπί* $_{40}$, *συνάγαγε.* [*ἐγένετο*] 129 $A_{16\cdot7}$ [*συγκα*]*τεσκεύασσε, ἔδωκε* $_{19}$, *πολίταισι εἰς* $_{22}$, *ὅτα κε ἀ* $_{33}$, *προσέταξε Ἐρεσίοις* 119 D_{11}, *ἔκρινε Ἀγώνιππομ* $_{14\cdot5}$, (*ἀγ*)*ώνοισι ἐν* 155a_9, *ὅττι κε ἢ* $_{10}$, *τέκοισι, ἀτέλεες* $_{17}$ — III s. ex. *Περγαμήνοισι ἐπί* 147_{14}, *μετεχόντεσσι ὧν* $_{19}$, *πατρωΐοισι αἰ* 112_8, *ἐχοράγησε ἀξίως* $_{11\cdot2}$, *Γραδανορέεσσι ἀπό* 90_7, *ἔνερθε. ἐπί* $_{20\cdot1}$, *-σωσι ἀλλάλοις* 117_2, *ἤ κ᾽ ἔξωθε* (?) 134_6, *πρόσθε ἐπέδοντο* 156_9, *διέλυσε ἴσως* 160_{12}, *-α[σσ]ε οὐκ* 121_{14}, *γυμνίκοισι ἀγώνεσσι, οἱ* $_{25}$, *πάντεσσι ἴσως* 130_{11}, *ἀνατεθέωισι εἰς* 162_6, *ὅπποι κε ἄγηται*$_6$ — II s. in. *ὥς κε ἐπαινεθείη* $85_{3\cdot4,11,13}$, *ὥσκε ἐπαινέθειεν*$_6$, *πατρωΐοισι*

αἰ 113_5, *ἐχοράγησε ἐκ* $_8$, *προσσθησομένοισι εἰς* 157_3, *ἐπεί κε ἀποδείχθη*$_{15}$, *αὔτοισι εἰς* 136_{11}, *-είοισι ἐγ*$_{13}$, *ἔχοισι Ἄσσιοι* 137_7, *Τενεδίοισι εἰεργέταισι ἐόντεσσι* $158_{3\cdot4}$ — Rom. aevo: *διέδωκε ἔπτα* 166_4, *ἀπάρχαισι* (*ἐ*)*ϛ*$_5$ 167 B_6, [*π*]*ο*[*λί*]*ταισι ἐς* 166_7, *ἀρχόντεσσι ἐς* 167 $A_{2,3,4}$, *προυπαργμένοισι αὔτω* 173_{13}, *ἰσσοθέοισι ἁρμόζοισαν*$_{15}$.

Quae cum ita sint, facile est cognoscere e vulgari sermone litteram illam parasiticam irrepsisse in inscriptiones:

IV s. ex. *ἐστεφ*[*ανο*]*φόρησεν* [*ἀμ*]*έραις* 129 A_{42} (contra ter *ν* deest, cf. supra), *τῶγ κεν εἰεργέτη*$_{51}$ (iuxta *ὅτα κε ἀ* $_{33}$) (a. 319 — 317) — III s. ex. *κάτω-θεν**) *μέρεος* 94_3, *εἶπεν Ἀριστογείτων* 156_{15}, *μηδάμο-θεν**) *ὁρμάμενος* 84_7, *εἶπεν.* [*ἐπειδή*] 130_1 — II s. in. *ἐχοράγησεν ἐκ* 115_7, *ἀποδίδοισιν οἰ* 116_{13}, *στεφάνοισιν οἰ* 151, *-ασεν* 154_3, *ὅττι κεν* [*οἰ ἄλλοι*] 158_{14}.

De mutis.

1. *πέμπε* pro Attico *πέντε* secundum grammaticos (cf. Meister p. 114,2) certe erat Lesbiacum (cf. *πέμπτων* Alc. 33_7). Quam ob rem *πέντε*, quod offerunt pauci recentiores (III s. ex.) tituli in *πεντάμναιος* $112_{16\cdot7,\ 21\cdot2}$ (a. 222—205), *πέντε* 90_3, *πεντάμναος* 135_9, *κοινῆς* esse sponte patet, praesertim cum Thessali *πέμπε* tantum admiserint.**)

2. Nec aliter *πέσσυρες* seu *πίσυρες* proprium fuisse Lesbiis pro *τέσσαρες* ut grammatici praecipiunt (cf. Meister p. 115, 2), ita formis Balbillae *πέσυρα* 177_6 nec non Homeri: *πίσυρες ε* 70, *π* 249, *πίσυρας χ* 111, *O* 690, *Ψ* 171, *Ω* 233, optime confirmatur. Itaque *τέσσαρα* 135_6 et, si fides est supplemento, (*τ*)*εσ*[*σαράκοντα*] 117_6, praesertim

*) At in huiusmodi adverbiis terminatio *-θεν* vel genuina esse potest. (cf. Hoffmann p, 274 sq.)

**) Pro *πεντεβόεια* Sapph. 98_2 rectissime viri docti substituendum censuerunt *πεμπεβόεια*.

in inscriptionibus III s. ex. haud antiquioribus, nullo negotio 'irruenti *κοινῇ*' attribuenda sunt.*)

3. *πεδά* respondere apud Aeoles Attico *μετά* docent non solum lyricorum carmina (*πεδά* Sa. 38; 68_4, *πεδ-έχεις* $_2$, *πεδά* Alc. 48 A, *πεδα-τ(ρ)νομένας* 50_6, *πεδ-έχοισαν* 59, *πεδάορον* 100, cf. Theocr. *πεδά* 30_{20} 29_{38}, *πεδ-έρχομαι* $_{25}$), sed etiam ipse IV s. in. titulus 82: *πεδά* $_{20\cdot20}$. Omnino igitur vulgari dialecto vindicare cogimur *μετά*, quod paullo post in inscriptiones transiit:

IV s. ex. *μετά* 119 A_{12} (c. a. 333) B_{11} 129 $A_{28,45}$ — III. s. ex. *μετ-εχόντ[ε]σσι* 147_{19}, *μετ-έ[χ]ην* 156_{10}, *μετα-πέμψασθαι* 160_7, *μετά* $_{30}$ — II s. in. *μετά* $85_{15\cdot48}$, *μετα-πέμπτω* $_{20}$, *μετά* 157_4, *ἀ-μετά-θέτα* 95 B_{11}, *μετά* 150_6.

4. *ὥστε* 85_7 non esse *κοινῆς*, sed lapicidae incredibili neglegentia ortum (cf. p. 5) vel maxime inde cernitur, quod in eodem titulo quater (lin. $_{3\cdot4;6;11;13}$) recte *ὥσκε* invenitur.

De consonis duplicatis.

ππ.

In *ὅπως* ceterisque adverbiis a radice pronominali *πο-* (= lat. quo-) praefixo *ὁ-* derivatis semper Aeoles mutam ostendunt geminatam, unde legimus apud poetas: *ὄπποτα* Sa. 3 Alc. 39_4 (cf. Theocr. *ὄππα* 28_4 29_{13}, *ὁππόσσακιν* 30_{27}) atque in inscriptionibus:

IV. s. ex. *ὄππα* 129 $A_{47,49}$ (a. 319—317) — III s. ex. *ὄπποι* 162_6 — II s. in. *ὄππως* 150_6 — Rom. aevo: *ὄππως* 165_4.

Itaque proclivis est suspicio e vulgari sermone fluxisse *ὅπως* 112_7 (a. 222—205) et $85_{27,38,52}$ 115_4 (II s. in.).

*) Pro Alcaei *τετραβαρήων* 153 merito ab editoribus proponitur *πετραβαρήων*. Adde quod Boeoti quoque hoc in numerali labiali pro dentali utebantur.

σσ.

σσ apud Lesbios usitatissimum erat, ut de aliis taceam,

1. in pronominibus correlativis πίσσος et ὄσσος. Haec sunt perpauca lyricorum exempla: ὄσσα Sa. 1_{26}, ὄσσον 101 (cf. Theocr. ὄσσα 28_{14}, ὄσσαπερ 30_{15}, ὀππόσσακιν $_{27}$) ac titulorum: ὄσσα 83_{32} 119 C_{13} (c. a. 324) et πόσσαν 160_{38} (III s. ex.) (cf. Rom. aevo: κὤσσα Balb. 174_{14});

2. in futuro et aoristo eorum verborum, quorum stirpes in breves vocales desinunt. Huc spectant Alcaei κάλε-σσαι 46_1 et praecipue in inscriptionibus:

IV s. ex. ὀμό-σσαντας 119 A_{16} (c. a. 333), ὀμόσσαντες B_{30}, [καλέ-](σ)σαις D_{14}*) — III s. ex. ἀποπεράσσει $156_{13\cdot4}$, ἐπαίνε-σσαι $160_{15,21}$**) [παρακαλ]έ-σσει 163_6 (cf. 162_1) — II s. in. ἀποπέρα-σ[σαι] $120_{2\cdot3}$ (cf. $156_{13\cdot4}$), [καλ]ε-σσάτωσαν 95 B_{24}.

3. in futuro et aoristo verborum quorum tempora praesentia vulgo in -ζω exeunt. Documento sunt praeter Sapphus ἐπίνκασσε 89 (cf. Theocr. ὀπάσσομεν 28_9, ὄπασσαι $_{16}$, κτίσσε $_{17}$) haec in titulis:

IV s. ex. κατεδίκα(σ)σαν 119 $A_{31\cdot2}$ (c. a. 333)*), δικάσσω C_{12}, ἐκο[ίφ]ισσε 129 $A_{13\cdot4}$, [συγκα]τεσκείασσε $_{19}$, παρεσκείασσε $_{25}$ — III s. ex. ἐδίκασσε 160_{12}, δικάσσαντα $_{24}$ — II s. in. χαρίσσονται 85_{55}, [δ]ικάσσα-σθαι 95 B_{18}, κασσκεάσσαντος $124_{5\cdot6}$ — Rom. aevo: ἀσπάσσατο Balb. 174_{12}.

4. in adiectivo (ϝ)ίσσος (= att. ἴσος), quod comparet apud Sapph. 91_5 metro pro tradito ἴσος postulatum et in titulorum ἰσσοθέοισι 173_{15} (Rom. aevo).

Tamen in eisdem haud ita raro simplex σ et in

*) cf. p. 13, adn. 1.
**) cf. p. 27, adn. 1.

lyricorum fragmentis et in inscriptionibus reperitur. Habemus haec:

1. apud lyricos: ὄσα Sa. 95 — in titulis: ὄσας 137_7 (II s. in.).

2. apud lyricos: ἐσκέδα-σε Sa. 95, ὀνεκρέμα-σαν Alc. 32 (τανῦ-σίπτεροι Alc. 84, cf. ἀνῦ-σίεργος Theocr. 28_{14}, ἐπαινέσαις 29_{11}, αἰνέ-σαι $_{16}$, ἐπύπτῦ-σαι $_{27}$, εἰσκαλέ-σαις 30_{11}) — in titulis: ἐπαίνεσαι $85_{34,39,41}$,*) κάλε-σαι $_{46,48}$, ἐπαινέ-σοι(σ)[ι] 136_2,*) παρακάλε-σαι 157_2 (cf. Ἀγα-σιστράτω 158_3): II s. in.

3. in titulis: IV s. ex. ἐξεκλάϊσε 119 $A_{7.8}$ (c. a. 333) B_2, [διαρ]πάσαις $_{11}$ (cf. supra κατεδίκασ(σ)αν $A_{31.2}$, δικάσσω C_{12}) — III s. ex. ἐδίκασε 130_{11}, ἐψαφίσατο $_{12}$ — II s. in. ἐφρόντισαν 85_{24}, ἐμφανίσαντα $_{50}$ (contra χαρίσσονται $_{55}$), σκενάσην 153_4.

4. apud lyricos: ἴσος Sa. 2_1, Fίσως Alc. 86 B (cf. ἴσα Theocr. 30_{18}) — in titulis: Ἰσομένης 146_3 (III s. in.), ἴσως 160_{12} 130_{11} (III s. ex.), 85_{35} (II s. in.).

Leviter intuentibus nobis, quantopere his in rebus fluctuet usus Aeolicus, satis probabile videbitur formas duplicatione non affectas, quippe quas non modo inscriptiones vetustissimae (cf. ad nr. 3), sed etiam lyrici locis carminum metro bene firmatis iuxta genuinas promiscue praebeant, vix e communi lingua in eas transmigrasse, sed si non ab initio in Aeolum sermone fuisse, at certe iam inde ab Alcaei et Sapphus aetate exstitisse.**) Ceterum notandum est σσ fortasse in σ abisse, si accentus sequebatur, sed si antecedebat, remansisse integrum.

ττ.

ὄττι masculino ὄττις (= att. ὅστις) oppositum tum quoque semper more Lesbiaco per ττ esse

*) De his formis plane ab Aeolide alienis vide infra.

**) Aliter iudicat Meister p. 134 de 'poetica licentia' cogitans.

scriptum, cum coniunctionis ('ut, quod') munere fungebatur, praeter titulorum illud *ἐμφανίζην, ὅττι — χαρίσσονται* 85_{55} (c. a. 150) imprimis perspicitur ex Sapphus *ἤρρε', ὅττι — πέπονθα, κὤττι* (= att. *καὶ ὅτι*) *— κάλημι, κὤττι — θέλω* 1_{15-17}, *οὐ Fοῖδ', ὅττι θέω* 36 et Alcaei: *ὅττι τάχιστα* 45. Itaque prope adest coniectura e vulgari dialecto particulam *ὅτι* illatam esse in inscriptiones:

IV s. ex. 119 A_{39} (c. a. 324), 129 A_{39} — III s. ex. 112_{19} $84_{10\cdot18}$ — II s. in 113_{11} 120_{10} $116_{3,8}$.

Quamquam hoc non ita pro certo contenderim.

De liquidarum geminatione.

λλ.

1. *στάλλα* possedisse Aeoles pro dor. *στάλα*, ion. *στήλη* satis superque titulis demonstratur:

IV s. ex. *στάλλαν* 119 A_{24} (c. a. 333) 129 A_{46} *στάλλα[ις]* $B_{62\cdot3}$, *στάλλα* 119 $D_{17,32}$, *στάλλαν* 86_8 — III s. ex. *στάλλαν* 84_2, *στάλλας* 121_{58}, — II s. in. *στάλλαν* 85_{54}, *στάλλαις* 120_{18}, *στάλλαν* 157_8.

Quam voculam vulgari sermone inquinatam esse in *στάλαν* $160_{35\cdot6}$ (III s. ex.) licebit nobis statuere, nisi reliquis huius inscriptionis erratis per quadratarium factis adnumerabimus (cf. p. 5).

2. *χέλλιοι* dictum esse Aeolice, non *χίλιοι*, et ex grammaticorum explanationibus (cf. Meister p. 140, n. 3) et ex his titulis dilucide apparet:

III s. ex. (a. 222—205) *χέλλησταις* $112_{9\cdot14\cdot19}$ *χελλήστοις* $_{13,23\cdot4}$, *χελλησταρχας* $_6$ — II s. in. *χέλλησταις* $113_{6\cdot11}$, *χελλησ[ταρ]χας* $_{3\cdot4}$, *χέλλησταν* $114_{4,10}$, *χελλησ(τ)αρ[χας]* 115_3, *χέ[λλησταις]* $_9$, *χελλήστοις* $_8$, *χέλλησταις* 116_3.

Propterea non dubitabimus inter *χοιν ς* vestigia ponere *τρισχιλίοις* 119 A_{10} (c. a. 333) et *δισχιλίοις* B_8.

νν.

1. *ξέννος* adhibuisse Lesbios pro *ξένος* testantur grammatici (cf. Meister p. 140, 3. 4).*) Idcirco sane credibile esse potest, haec e vulgari Graecorum sermone transmigrasse in inscriptiones non perantiquas:

III s. ex. *Ξενόκλη* 90_2, *προξενίαν* $156_{3\cdot4}$ 160_{29}, *[πρ]όξενος* 163_3, — II s. in. *ξενίσθειεν* 85_7, *ξενισθείη* $_{12}$, *προξενίας* $_8$, *προξενία* $_{38}$, *προξενίαν* 158_6.

2. *ἔννεκα* pro Attico *ἕνεκα* (praeter Theocr. 28_{13}) in titulis Aeolicis nisi in recentissimis (II s. in.) non exstat. (nn. 124_4, 125_3, 126_3, 128, 150_2, cf. Rom. aevo: Samml. 278_3, 230 A_8 B_2). Quare cave ad *κοινὴν* referas *ἕνεκα*, quippe quod plerumque insit in vetustissimis:

IV s. ex. 129 A_{38} (a. 319—317) — III s. ex. $160_{19,25\cdot6}$, 130_{18} — II s. in. 136_{10} — Rom. aevo: $173_{33,43,49}$, Samml. 232_7, 254_{16}.

Nam 'figmentum est' aucta forma *ἔννεκα* 'fide indignum ab iis procusum qui vanam quandam antiquitatis speciem captantes dialectos intermortuas ab inferis excitare aut, quas consuetudo vitae intermittere coeperat, quasi postliminio reducere conabantur' (Schulze, Quaestiones epicae, Gueterslohae, 1892, p. 6, n. 1).

3. Stirpem *μηνν-*('mensis') semper a Lesbiis per *νν* (pro Attico *μην-*) expressam esse testimonio sunt hae inscriptiones:

IV s. in. *μήννε(σ)σι* $82_{12\cdot3}$ — IV s. ex. *μᾶννος* 83_{39} — III s. ex. *μᾶννος* 147_{15}, 156_{18}, *μᾶν[ν]ι* 161_7, *μᾶννος* $121_{27,45}$ — II s. in. *μᾶννος* 157_{17}.

Ideo est verisimillimum ex communi lingua *μην-*hos in titulos penetrasse:

IV s. ex. *ἐπιμηνίω* 129 B_{38}, *[ἐπ]ιμήν[ι]ος* $_{43}$ (a.

*) Contra quod non pugnat Theocriti *ξεῖνος* 28_6 30_{17}, falso, ut quidem videtur, pro *ξέννος* traditum. Noli praeterea oblivisci etiam Thessalos hoc in vocabulo nasalem geminasse. (cf. infra.)

319—317) — III s. ex. *μῆνος* 147_{17}, 121_{44} (contra *μῆννος* 147_{15}, $121_{27,45}$) — II s. in. *μῆνος* 127_4, 115_1, 116_1.

4. Nec aliter duplicem liquidam scribebant Lesbii in verbo *κρίννω* (pro Attico *κρίνω*). Unde leguntur in inscriptionibus: *ἐπέκριννε* 83_{28}, *κρίνναι* 119 B_{15}, (c. a. 324), *ἔκριν*[*ν*]*ε* D_{14}*) (c. a. 300). Tamen vulgari dialecto eadem fere aetate se insinuasse videntur in titulos:

IV s. ex. *κρίναι* 119 A_{15} (c. a. 333) $B_{11,21\cdot2}$ (iuxta *ἔκριν*[*ν*]*ε* $_{14}$!) — III s. ex. *Κρινία* 90_3, *Κριναγόραος* 111_5 — II s. in. *διακρινόμενοι* 85_{25}.

5. *Διόννυσος* seu potius *Ζόννυσος* Aeolicum Bacchi dei nomen fuisse, non *Διόνυσος*, nulla alia re comprobari potest nisi uno Romani insuper aevi exemplo *Ζοννύσω* 167 A_5 B_3, de quo quae p. 23 disputavi conferas.**) Nihilosecius perfacile suspicio nascitur *κοινῆς* esse *Διόνυσος* in hisce posterioris originis inscriptionibus:

III s. ex. *Διονίσιος* 90_{17}, *Διονσίοισ*(*ι*) $160_{34\cdot5}$, 84_{17}, $121_{24\cdot33}$ — II s. in *Διονυσοδώρω* 127_9, *Διονσίοισ*(*ι*) 85 saepissime, *Διονσίκλη* 97_1, *Διονσίοισι* $113_{9\cdot10}$, *Διονσίω* 126_2, $155_{2,3}$.

6. Fortasse etiam numerale *ἔνατος* 156_{18} (III s. ex.) pro *ἔννατος* (ex * *ἐνϝατος* orto) est *κοινῆς*.

ρρ.

Radicem *χερρ-* pro Attico *χειρ-* (‚manus‘) in usu fuisse apud Aeoles et grammatici docent (cf. Meister p. 147,1) et Theocriti *χέρρας* 28_9. Quam ob causam prorsus mihi persuasum est e vulgari sermone adsumptum esse *χειρ-* in titulis:

IV s. ex. *χειροτονίας* 119 B_{25} (c. a. 324) — III s. ex. *χειροτόνησαι* 160_{37}, *χειροτόνηϑεν* $_{39}$, [*χ*]*ειροτόνησαι* 163_4 — II s. in. *χειροτόνησαι* 85_{49}.

*) cf. p. 13, adn. 1.

**) Thessalicum quoque erat *Διόννυσος*. (cf. infra.)

νσ.

νσ genuinum apud Lesbios semper in *ισ* transiit. Hoc modo, ut alia omittam,

1. *εἰς* (ex * *ἐνς*) praepositionem fuisse Aeolicam non magis confirmatur lyricorum fragmentis (Sa. 69_2, Alc. 21 (?), Adesp. 51, cf. Theocr. $28_{9,15}$ *εἰς*, 30_{11} *εἰσ-καλέσαις*) quam inscriptionibus:

IV s. in. *εἰς* 82_3 — IV s. ex. *εἰσ-έπραξε* 119 $A_{3,11}$ B_7, *εἰς* $_6$ 83_7, *εἰσ-ά[γοντον]* $_{11\cdot2}$, *εἰς* 129 $A_{10\cdot15\cdot16\cdot20\cdot22\cdot23\cdot35\cdot46}$ $B_{29\cdot53\cdot61\cdot2}$, *εἰσφέρην* $_{11}$, *εἰσ-φερόντων* $_{12}$, *εἰσ-αγώγα[ν]* $_{18\cdot9}$, *εἰσ-[ενίκ]η* B_{43}, *εἰς* 88_{49} — III s. ex. *εἰς* 112_{11}, 93_4, 94_4, *εἴσω*$_7$, *εἰς* 117_9, *εἰσ-αγώγαν* 156_5, *εἰς* $160_{5\cdot20\cdot26}$, 84 saepe, $121_{31\cdot37}$, 130_{10}, $162_{5\cdot6}$ — II s. in. *εἰς* $85_{15,21,48}$, *εἰσ-αγήσασθαι* $_{37}$, *εἰς* $113_{7,13}$, 114_{10}, $120_{7,14,18,19}$, $157_{3,10,11,12}$, *προεισ-έ[νε]γκαι* $_2$, *εἰσένεγκαι* $_{12}$, *εἰσ-άγη[ται]* 95 B_{25}, *εἰς* $_{24}$, 116_{11}, 128_4, $136_{7,11,15,18}$, 150_8, *εἴσ-πλουν* 158_8, *εἰσ-αγώγαν* $_7$ 159_5 — Rom. aevo: *εἰσ-πράσσεσθαι* 165_8, *ἰσπράσ(σ)ηται* $_9$, *εἰσ-ενέχθην* 173_{49}, *εἰς* saepe, Sammlung 230 A_9, 278_4, 279_9, 296_4.

Quam ob rem a lingua communi profectum est *ἐς*, quod iuxta *εἰς* comparet in titulis:

IV s. ex. [*ἐ*]*σ-ένικαι* 129 B_{39}, [*ἐσ-*]*αγάγη* $_{42}$*) (contra vulgo *εἰς*, cf. supra): a. 319—317 — III s. ex. *ἔσω* 94_3 (iuxta *εἴσω*$_7$!) — II. s. in. *ἐς* 85_{54} (sed *εἰς* saepius).**)

2. *πᾶσαν* 160_9 lapidarii socordia enatum esse iam supra (p. 5) adnotavimus. Etenim vulgo inscriptiones *παῖσα* (e * *πανσα*) offerunt:

IV s. in. *παίσαις* $82_{8,10}$ — IV s. ex. *παίσαις* 129 B_{24} — III s. ex. *παῖσαν* 112_6, *παῖσα* $_{10}$ — II s. in *παῖσαν* 113_4, *παῖσα* $_7$ 115_6, *παίσας* 154_5 — Rom. aevo: *παίσας* 173_{25} Samml. 230 A_8 B_2 232_7 254_{17}, *παίσαις* 241_{10} 242_{10}.

*) cf. p. 14, adn. 2.

**) Fortasse etiam lin. 47 potius cum Cauero, cui Hoffmann consentit, *ἐ(ς)* legendum est quam *ἐπ(ί)* cum Kennero et Bechtelio.

II. De declinationum adfectionibus.

1. De nominum declinatione.

α) de stirpibus in *ā* et *o* desinentibus.

1. Dativum plur. II quae vocatur declinationis sola articuli forma *τοῖς* excepta (cf. Hoffmann p. 556) in *-οισι* (pro vulgari *-οις*) finxisse Aeoles ut grammatici tradunt (cf. Meister p. 164, 1), sic haud minus lyricorum carminibus (*θέοισιν* Sa. 2_1, *ἀστεφανώτοισι* 78_4, *χρυσίοισιν ἀνθέμοισιν* 85_1, *ἀλλοδάποισιν* 92, *τίοισιν ὀφθάλμοισιν* 168, *ἀλλάλοισιν* Alc. 31, *κάκοισι* 35_1, *ἀνθρώποισιν* 41_4, cf. Theocr. *ἀνθρώποισι* 28_{20}, *ἀλλάλοισι* 29_{34}, *ἀνέμοισιν*$_{35}$) quam inscriptionibus evincitur:

IV s. ex. *θέοισι* 83_{40} (a. 324), *ἐκγόνοισι* 119 C_6, *νόμοισι* $_{4,13\cdot4}$, *αὕτοισι* $_5$, *ἄλλοισι* 129 A_8, *ἐκγόνοισι*$_{30\cdot1}$ B_{28}, *αὕτοισι* 119 D_{24}, *-οισι* 88_{44}, *Φιλεται[ρίοισ]ι* $_{44\cdot5}$, *(ἀγ)ώνοισι* $155a_9$, — III s. ex. *Περγαμήνοισι* 147_{14}, *θέοισι* $112_{7\cdot8}$, $_{15,23}$, *πατρωΐοισι*$_8$, *ἐκγόνοισι*$_{16}$, *ὑπολοίποισι* 90_{21}, *θυρέτροισι* 94_7, *αὕτοισι* $84_{15,23}$, *Διονυσίοισι*$_{17}$, 121_{33}, *γυμνίκοισι*$_{25}$, — II s. in. *αὕτοισι* 127_6, *Διονυσίοισι* $85_{6,11,14}$, $_{34,36,41\cdot44}$, *ἑκάστοισι*$_{28}$, *Διονυσίοισι* $113_{9\cdot10}$, *θέοισι*$_5$, *πατρωΐοισι*$_5$, *ἐκγόνοισι*$_{15}$, *προσσθησομένοισι* 157_3, *αὕτοισι* 136_{11}, *-είοισι*$_{13}$, *Τενεδίοισι* 158_3, *αὕτοισι*$_5$, *ἐκγόνοισι*$_5$ — Rom. aevo: *τούτοισι* 173_3, *προυπαργμένοισι*$_{13}$, *ἐφίκτοισιν*$_{14}$, *θέοισι*$_{15}$, *ἰσσοθέοισι*$_{15}$, *ἀγάθοισι*$_{19}$, *οἷσιν*$_{20\cdot1}$, *νέοισι*$_{40}$, cf. *λεύκοισι* Balb. 174_8.

Attamen breves dativi in *-οις* incertioribus titulorum locis offeruntur, quam ut liquido et primo conspectu *κοινῆς* auctoritati possimus addicere:

IV s. ex. *Ὀλυμπήνοισ(ι)*? $155a_{12\cdot3}$ (iuxta *-ώνοισι*$_9$!) — II s. in. *θέοι(σι)*? 115_{10}, *ἐκγόνοισ(ι)*? 159_3.*)

*) In *τοῖς πρώτοις προσσθησομένοισι* 157_3 (II s. in.) haud scio an dativorum frequentia attenuatio (*πρώτοις* pro *πρώτοισι*) effecta sit. Contra ad lapidarii in curiam revocanda videntur: *Διονυσίοις* 85_4, *χρόνοις* $_{9,37}$, *ἄλλοις* $_{18}$, *ἑαύτοις* $_{53}$, 160_{34}, *Διονυσίοις* $_{34\cdot5}$, atque id eo

Sed sane concedendum est hos duos titulos recentissimos (nr. 115 et nr. 159) communi linguae irruenti commodissime patuisse.

2. Dativus plur. I declinationis praeter articuli *ταῖς* (cf. Hoffmann p. 556) terminationem *-αισι* pro *-αις* prae se ferebat. Itaque praebent poetae: *ἅσαισι* Sa. 1_3, *ὀνίαισι*$_3$, *χρυσίαισιν* 5_2, *θαλίαισι*$_3$, *ταῖσι* 16,*) *χροίαισιν* 20, *φόβαισιν* 78_1, *ἀπάλαισι*$_2$, *κυνίαισι λάμπραισι* Alc. 15_2, *κεφάλαισιν*$_3$, *δέραισι* 36_1, *παλάμαισιν* 60, *ἐσχατίαισι* 69, (cf. Theocr. *αἶσιν* 28_2) atque inscriptiones:

IV s. in. [*ἀμφοτέρ*]*αισι* $82_{5\cdot6}$ — IV s. ex. *πολίταισι* 129 A_{22} — II s. in. *κοίναισ*[*ι*] 89_5, *εὐεργέταισι* 158_4 — Rom. aevo: *ἀπάρχαισι* 166_5 167 B_6, *πολίταισι* 166_7.

Quae cum ita sint, quin *τίμαις* 130_{13}, in mediae aetatis (III s. ex.) titulo, *τῇ κοινῇ* debeatur, nequit dubitari, nisi quis potius pro accusativo acceperit.

3. Accusativum plur. ut primae declinationis in *-αις* (ex * *-άνς*, cf. p. 31), sic alterius in *-οις* (ex * *ονς*, cf. ibid.) exisse cum ex lyricorum, tum inscriptionum exemplis elucet, quae si sescenta afferremus, tempus profecto perderemus (cf. Hoffmann p. 415 sq.). Quare si modo in titulo 137 (II s. in.) accusativus est *ὅσας*$_7$ (?), eum ex vulgari dialecto receptum esse constat. Accusativus *τούς* 85_{46} iuxta *τοίς*$_{34,38,43,47}$, *κάλοις* — *ἀγάθοις*$_{22\cdot3\cdot33}$, *ἀλλήλοις*$_{25}$, *στρατάγοις*$_{38}$, *Ἐρυθραίοις*$_{50}$, *αὔτοις*$_{51\cdot52}$ certe est mendum lapicidae, cf. p. 5.

b) de stirpibus in *ι* desinentibus.

1. Dativum sing. semper in *-ι* cecidisse pro vulgato *-ει*, ex his IV s. ex. inscriptionibus cognoscitur:

---

magis quod ceteroquin in inscr. 85 saltem (cf. supra) rectiores formae exhibentur. Cf. p. 5.

*) Habet vim demonstrativam!

πόλι 119 $A_{2,9,19,20}$, *ἀκροπόλι* $_{11}$ (c. a. 333), *πόλι* 83 saepissime, *διαλίσι* $_{20}$, *πόλι* 119 $D_{30,37}$.

Κοινῆς igitur aperta vestigia eodem tempore statuenda sunt in titulis:

IV s. ex. *πόλει* 119 A_{27} (c. a. 333; contra *πόλι* $_{2,9,19,20}$, *ἀκροπόλι* $_{11}$) C_3 D_7 — III s. ex. *πόλει* 160_{29}, 121_8, 130_2 — II s. in. *πόλει* 85_{19}, [*δ*]*υνάμει* 89_1, *πόλει* 157_{13}, *φύσει* 124_3.

2. Consuetudine Aeolum nominativos plur. in *-ι-ες* exeuntes exspectaveris, quocum haud male concinit Balbillae *ἴδρι-ες* 175_6 ex Sapphus nescio quo versu fortasse promptum.*) Propterea non mihi videor inconsiderate facere, ut accusativum *πρυτάνεις* 85_{46} (c. a. 150) insuper Attice pro nominativo (= *πρυτάνι-ες*) usurpatum, si non deduco ex vulgari sermone, quadratarii indiligentiae, ut permulta, adscribam (cf. p. 5).

Nec minus huc referendum est *τρῆς* (pro Attico *τρεῖς*), quod fuisse Aeolicum inter grammaticos affirmat Choeroboscus Orthogr. Anecd. Oxon. II 267, 10: *οἱ Αἰολεῖς διὰ τοῦ η γράφουσιν αὐτὸ τρῆς*. Itaque cum non sit, cur huic testimonio diffidamus, e vulgari sermone Graeco irrepsisse manifestum est *τρεῖς* in titulos 119 A_{30} (c. a. 333) et 90_3 135_3 (III s. ex.).

c) de nominibus in-*ευς* desinentibus.

1. Genetivum sing. terminationem *-ηος* (= thess. boeot. *-εῖος*) pro Attica *-έως* habuisse bene intelligitur ex Alcaei *βασίληος* 48 A. Qua de causa confidentissime pronuntiare possumus in titulis, ut in lapicidae erroribus numerandum *γραμμάτεος* 85_{10} (cf. p. 5), ita *βασίλεως*

*) In prisco titulo 82 (IV s. in.) utrum *πόλῑς*$_2$ re vera nominativus sit ex genuino *πόλι-ες* contractus an naturā accusativus (ex **πόλι-νς*; cf. *τρισ-καί-δεκα* 94_1 ex **τρινς-καίδεκα*) me ignorare haud diffiteor.

119 B_{18}, D_{25} sub IV s. finem (c. a. 324) e communi lingua haustum esse.

2. Dativus sing. in *-ηϊ* (= thess. boeot. *-εῖι*) pro vulgari *-εῖ* exibat, ut apparet ex Alcaei *παμβασίληϊ* 5_4. Quam ob rem *[βασ]ίλει* 121_{26} (III s. ex.) *κοινῆς* est.

3. Accusativum sing. in *-ηα* pro Attico *-έα* desisse hae inscriptiones demonstrant:

IV s. ex. *βασίληα* $83_{45.47}$ (a. 324) — III s. ex. *πρέσβεια* 160_{31} (pro *πρέσβηα*, cf. Hoffmann p. 424) — Rom. aevo: *παμβασίληα* Balb. 174_6.

Unde haud difficulter perspicitur a vulgari dialecto repetitum esse *γραμμάτεα* $85_{39.47}$ (c. a. 150).

4. Genetivum plur. in *-ήων* formabant Lesbii, non Attice in *-έων*. Argumento est in inscriptionibus *βασιλήων* 129 A_{27} (a. 319 — 317). Itaque *κοινῆς* auctoritate *βασιλέων* 119 D_{33} (c. a. 300) invasisse liquet.

5. Accusativus plur. in *-ηας* cadebat. Praesto sunt haec in IV s. ex. inscriptionibus:

βασίληας 83_{13}, *ἴρηας* $_{42}$ (c. a. 324) ‚*βασίληας* 129 A_{13}. Neque igitur *βασιλέας* 85_{46} (c. a. 150) e vulgari sermone se insinuasse quisquam negabit.

δ) de pronominibus.

1. Pro relativo pronomine articulum demonstrativum usitatum fuisse apud Aeoles non solum grammatici recte observaverunt (cf. Anecd. Ox. I 406,11 *οἱ Αἰολεῖς τοῖς προτακτικοῖς ἀντὶ ὑποτακτικῶν χρῶνται*), sed etiam lyricorum fragmenta praeclare testantur (*ὀ*? Alc. 5_1, *ἃ* 9_2, *τά* 50_6, 83, *ταίς* 85, *τῶ* Sa. 28_4*), cf. *τά* Theocr. 29_3) nec non tituli vetustissimi:

IV s. ex. *τῶν* 83_5, *ταίς* $_{28}$, *τά* $_{44}$ (a. 324), *τῶν* 129 A_{51} — III s. ex. *ὀ* 92_2, 93_5, *τά* 84_{19}.

*) Non relativa, sed demonstrativa potestate videntur esse: *τό* Sa. 2_5, *τᾶς* 85, *τᾶν* Alc. 15_2.

Quae cum ita sint, nihil certius puto quam ex communi lingua relativum pronomen insuper spiritu aspero instructum (cf. p. 20) eadem fere aetate in hasce inscriptiones penetrasse:

IV s. ex. ὧν 119 A_{33} (c. a. 324), καθ-άπερ 129 B_{31} (contra τῶν A_{51}), ὅ 119 D_{14}, [ὃ ἐ-]γνω$_{26}$*), — III s. ex. ὧν 147_{19}, καθ' ὅγ 160_{14}, ὅς$_{11}$, ὧν 84_1 (iuxta τά$_{19}$) — II s. in. καθ-ό 85_{19}, ἃς$_{18.51}$, ἃι$_{32}$, ἃμ$_{21}$, οἵ$_{23}$, ὧν$_1$ ἄν 120_{13}, καθ-άπερ$_{17}$, ὅ 95 A_2, δι-ό B_4**)

2. ὅττις ὅττι, non ὅστις ὅ τι, fuisse Aeolicum compositi relativi formam proclive est dictu testimoniis perlustratis et lyricorum:

ὅττινας Sa. 12, ὅττιω 13 (cf. Theocr. 30_{25} ὅττις) et titulorum:

IV. s. in. ὅττι 82_{16} — IV s. ex. ὅττι $155a_{10}$ — III s. ex. ὅττι 92_5, [ὅ](τ)τι[να]$_7$, ὅττι 156_{12}, 160_{17}, — II s. in ὅττι 153_9 158_{14}.

Itaque per se ipsum patet κοινῇ tribuendum esse ὅστις in inscriptionibus eiusdem fere temporis: ὅστινες 119 B_{29}***) (c. a. 324) et ὅστις 160_{32} (contra ὅττι$_7$) 130_{10} (III s. ex.)

3. Pronomen 3. personae reflexivum a Lesbiis omnino 'ἐν συνθέσει' (=ἑαυτόν) adhibitum esse tradit grammaticus Apollonius περὶ ἀντ. 103 AB. Tamen Fick apud Alcaeum 78 'ἐν παραθέσει' legendum esse censet: νόον δ' ἔ' αὔτω (=νόον δὲ ἕο αὔτω, cf. Homeri ἕο δ' αὐτοῦ Θ 211, δ' ἕο αὐτοῦ *T* 384). Si modo recte conclusit vir doctissimus, fateri debemus e vulgari dialecto transisse in recentiores titulos:

---

*) cf. p. 13, adn. 1.

**) οἱ 121_{25} (III s. ex.) vel relativum vel demonstrativum esse potest.

***) Sine causa docti viri emendarunt οἵτινες; nam nominativo sing. ὅστις adsimulatum videtur ὅστινες.

III s. ex. *ἐαύτοις* 160_{34}, *ἐαύτωι* 130_{16} — II s. in. *ἔαυτον* 85_{43}, *ἐαύτοις* $_{53}$, *ἐαύταν* 128_{4}.

2. De verborum declinatione.

a) Praesens.

1. *δείω* pro *δέω* in ore fuisse Aeolibus praeter Sapphus *'πιδεύην* ex inscriptionibus discimus:

IV s. ex. *δείει* 119 A_{19} (c. a. 333), B_{26}, *ἐνδεύη* 83_{37} — III s. ex. *δείωνται* 84_{14} — Rom. aevo: *δευομένοις* 171_{6}.

Κοινῆς igitur esse *δεῖ* (pro *δείει*) 119 D_{12} (c. a. 300) 120_{6} (II s. in.) sine negotio credemus.

2. *ὑπάρχειν* 160_{28} pro *ὑπάρχην* non esse *κοινῆς*, sed lapidario vitio vertendum (cf. p. 5), vix opus est commemorare. Etenim in *-ην* activi praesentis infinitivos fingebant Lesbii, nunquam in *-ειν*, quod ita est in promptu, ut permulta exempla seu lyricorum seu inscriptionum longum sit congerere (cf. Hoffmann p. 333 sq.).

b) Futurum.

ἔσσεται ('erit') ut offertur Sapph. 68_{2} metroque pro tradito *ἔσται* postulatur ibid. 101, ita invenitur Theocr. $30_{6,12}$. Ideo *ἔσται* 84_{15} (III s. ex.) haud dubie e vulgari sermone transmigravit.

c) Aoristus.

1. Tertiam plur. personam imperativi act. nisi in *-ντον* non formasse Aeoles hae inscriptiones docent:

IV s. ex. *στείχο-ντον* 83_{6}, *κατάγρε-ντον* $_{15}$, *φέρο-ντον* $_{33}$, *[ἀποφέρο-ν]τον* $_{8}$*), *[φυλάσσ]ο-ντον* $_{23}$ (a. 324), *ἐ[πιμελ]ήϑε -ντον* $88_{45\cdot6}$ — II s. in. *κάλε-ντον* $120_{13\cdot4}$.

Ergo communi e lingua *[καλ]εσσάτωσαν* (pro *καλέσσα-ντον*) 95 B_{24} receptum esse existimaverim.

*) Litterae *στοιχηδὸν* sunt positae.

2. *ἐπαίνησαι*, non *ἐπαίνεσαι* fuisse apud Lesbios infinitivum aor. act. titulis comprobatur: $84_{9\cdot15\cdot6}$, 130_{17} (III s. ex.) et 85_{31}, 114_{5}, 120_{9} (II s. in.). Quare valde haesito, utrum *ἐπαίνε-σσαι* $160_{15\cdot21}$ (III s. ex.) et *ἐπαίνεσαι* $85_{34\cdot39\cdot41}$ (II s. in.) *τῇ κοινῇ* sint impertienda an ex analogia stirpium in breves vocales cadentium (cf. p. 26) exstiterint*). Fortasse vero hic quoque mera lapicidae menda statuenda sunt, quibus utrumque populiscitum refertum esse plus semel exposuimus (cf. p. 5). Atque idem valet in futurum *ἐπαινέ-σοι(σ)[ι]* 136_{2} (II s. in.) pro *ἐπαινή-σοισι*, praesertim cum haec inscriptio ab Ionio lapidario insculpta sit.

3. Aoristo *ἔνικαι* Aeoles utebantur pro Attico *ἔνεγκαι*. Haec sunt titulorum exempla:

IV s. ex. *ἐξε[νικ]άμενος***) 119 $A_{5\cdot6}$ (c. a. 333), *[ἐ]σ-ένικαι* 129 B_{39}, *εἰσ[ενίκ]η* $_{43\cdot4}$***) — III. s. ex. *ἤνικαν* 84_{3}.

Ideo e vulgari dialecto in II s. in. inscriptiones fluxisse suspicor: *ἀνένεγκαι* 85_{50} (c. a. 150), *προεισέ-[νε]γκαι* $157_{2\cdot3}$, *εἰσένεγκαι* $_{12}$.

4. Infinitivus aor. pass. terminationem *-θην* (*-ην*) habebat pro Attico *-θῆναι*. Exstant apud lyricos: *με-θίσθην* Alc. (20) 35_{4} (cf. Theocr. *ὀμνάσθην* 29_{26}) atque in titulis:

IV. s. ex. *ἐπιμελή-θην* 86_{1} — II s. in. *ἐπιμελή-θην* 85_{46}, *νομίσ-θην* 89_{8}, *ἀξιώ-θην* $_{13}$, *ἐπιμελή-θην* 157_{8} — Rom. aevo: *ἐνχαράχ-θην* 165_{13}, *ἀνατέ-θην* $_{14}$, *ὀντέ-θην* $173_{8\cdot34}$ *γενή-θην* $_{11}$, *ἐπεγρά-φην* $_{36\cdot7}$, *στεφανώ-θην* $_{46}$, *εἰσενέχ-θην* $_{49}$, *ἐντάφ-ην* $_{51}$.

Quin igitur *πραγματε[ύ]-θηναι* $85_{39\cdot40}$†) (c. a. 150)

---

*) cf. praeterea *[ἐπ]αίνε-σθαι* 121_{39}, *ἐπαινε-θείη* $85_{4,11,13}$, *ἐπαινέ-θειεν* $_{6}$ (II s. in.).

**) cf. p. 13, adn. 1.

***) cf. p. 14, adn. 2.

†) An cum Cauero scribendum est *πραγματε[ύ]θην ἀπ*?

si minus ad *κοινῆς* auctoritatem, at certe ad quadratarii neglegentiam (cf. p. 5) revocandum sit quis dubitat?

d) Perfectum.

Lesbiis ut Thessalis et Boeotis participium perf. act. non Attice in *-ώς, -ότος*, sed ex analogia participii praes. in *-ων, -όντος* desinens fuisse proprium non solum grammaticis testibus constat (cf. Meister p. 189, n. 2), sed etiam praeter Alcaei *πεφύγγων* 147 inscriptionibus luculentissime confirmatur:

IV s. ex *κατεληλύθ-οντος* 83_9 (a. 324), *κατεστακ-όντων* 129 A_{21}, — III s. ex. *πεπρεσβεύκ-ων* 121_5, *ἐνεστάκ-οντα* $_{34}$, *γεγόν-οντα* $_{38}$, — II s. in. *-κόντεσσι* 95 A_{10}, *ὀντε[θή]κ-οντες* $101_{8\cdot9}$, *εὐεργετήκ-οισαν* 128_2, — Rom. aevo: *ἐπιτετελέκ-οντα* 168_6, *πεπληρώκ-οντα* $171_{9\cdot10}$, *πεποήκ-ων* Samml. 295_5.

Quae cum ita sint, e communi Graecorum sermone illata sunt *παρεληλυθότων* 161_4 (III s. ex.) et *ἐπεστάκοτος* $157_{17\cdot8}$ (II. s. in.)

Quibuscumque in verborum coniunctivis apud Atticos terminatio *-ωσι* occurrit, apud Aeoles reperitur *-ωισι*. Leguntur haec in inscriptionibus:

IV s. in. *γράφωισι* 82_3, *[ἐκκολάπ]τ-ωισι* $_{3\cdot4}$ — IV s. ex. *γινώσκ-ωισι* 129 A_{39} — III s. ex. *ἀνατεθέ-ωισι* 162_6.

Tamen haud pauci titulorum coniunctivi vulgarem terminationem habent:

III s. ex. *ζώ-ωσι* 112_{18} (a. 222—205), *-σ-ωσι* 117_2 — II s. in. *ἔ-ωσι* 85_{20}, *τύχ-ωσι* $_{25}$, *διεξαχθέ-ωσι* $_{43\cdot4}$, *ἀναγορευθέ-ωσι* $_{53}$, *ποιέ-ωσι* 120_{15}, *[ἔχ-]ωσ[ι]* 158_{15}.*)

Quae vocalis *ι* eiectio mihi quidem ipsa potius per se decursu temporum in Lesbiaca lingua nata videtur,

*) *συλλύθ-ωσι* $85_{24\cdot5}$, falso pro *συλλυθ-έωισι* (cf. *διεξαχθ-έωσι* $_{43\cdot4}$, *ἀναγορευθ-έωσι* $_{53}$) contractum certe lapicidae mendum est, cf. p. 5.

quam vulgari demum sermone in Aeolidem translata. Nam cum constet, apud omnes gentes Indogermanicas, quae vocantur, in genuinis diphthongis longis (ōi, āi, ēi, ōu, āu, ēu) alteram vocalem (i.e. *ι* vel *υ*) perisse (cf. Bechtel, Die Hauptprobleme der idg. Lautlehre p. 271 sqq.), etiam in diphthongis longis hysterogenitis vocales *ι* et *υ* paullatim evanuisse verisimile est.

De adiectivis patronymicis.

Ad extremum liceat mihi tribus verbis adiectivorum patronymicorum usum perstringere, qualis ex inscriptionibus Aeolicis perspicitur. Aeoles enim ut Thessalos et Boeotos patris nomen non, ut vulgo fit, genetivo adposito, sed adiectivo patronymico in *-αιος* aut *-ειος* cadente significasse, omnibus est notissimum. Quae proprietas ut priscis temporibus quam constantissime servabatur, sic vel usque ad Romanam aetatem persaepe retenta est. Tamen illa etsi in vetustissimis titulis velut in nr. 119 AB (a. 333 — 324) ubique inveniuntur,*) inde ab ipso IV. saeculi exitu (c. a. 300) vulgari genetivorum consuetudini frequentius cedere coeperunt: nam in titulo 146 (III s. in.) iam prorsus desiderantur. Hac vero in re aperte *κοινῆς* auctoritatem esse agnoscendam nemo infitiabitur.

Haec 'irruentis *κοινῆς*' vestigia, quibus dialectum Aeolicam infectam esse apparet, postquam diligenter singula collegimus, nunc omnia deinceps, quo melius de re iudicari possit, breviter comprehendamus. Irrepserunt haec:

IV. saeculo exeunte:

c. a. 333: *ἀνά* (*ἄνω*, *ἐπάνω*), cf. p. 8 sq. — *ἀπό*, cf. p. 11 sq. — *κατά*, cf. p. 19 — *μετά*, cf. p. 25 — *διά*?,

*) In eiusdem saeculi inscriptione 129_5 *Ἀλέξανδρος ὁ Ἀλεξάνδρω* (a. 319 — 317) in regis fortasse honorem exceptio facta est.

cf. p. 22 — *παρά*, cf. p. 18 sq.; *τρεῖς*, cf. p. 34 — *χίλιοι*, cf. p. 28; (*δια-*)*κρίνω* (cf. postea: *Κρινίας*, *Κριναγόραος*), cf. p. 30; (*ἀκρο-*)*πόλει* (cf. postea: *δυνάμει*, *φύσει*), cf. p. 34; spiritus asper (in *ἀφίκεσθαι καθίστασθαι*; *κάθοδος*, *ἔφοδος*, *ἐφόδιον*; *ἀφέθεις*; *καθό*, *καθάπερ*, *καθ' ὅγ' καῖρον*), cf. p. 20.

c. a. 324: *ὅτε*, cf. p. 6 — *ὅτι*, cf. p. 27 sq.; *βασιλεύς*, cf. p. 35; *ὁμολογεῖσθαι*, *ὅμοι* = att. *ὁμοῦ* (cf. postea: *Ὁμο-νόϊα*), cf. p. 12; *χειροτονία*, *χειροτόνησαι*, cf. p. 30; (*ἀπο-*)*σταλ-*, cf. p. 9 sq.; pronomina relativa *ὅς* et *ὅστις*, cf. p. 35 sq.

a. 319 — 317: *ἐς* (*ἔσω*), cf. p. 31; *στρατ(ᾱ)γός*, *στρατεία*, *στρατ(ᾱ)γιον*, (cf. postea: *Ἡρό-στρατος*, *Στράτ-ιππος*, *Ἀγασί-στρατος*), cf. p. 8 — *ταμίας*?, cf. p. 10; (*στρατεία*), *πολιτεία*? *πρεσβεία*? *ἀγορεία*?, cf. p. 14.

μήν, *ἐπιμήνιος*, cf. p. 29 sq.; *ν ἐφελκυστικόν*, cf. p. 23; nomina propria: *Κλεῖτος*, *Ἡρά-κλειτος*, *Κλειτομάχ(α)*, *Θεό-κλειτος*, *Κλεῖνος*, cf. p. 17;

c. a. 300: *βουλεύεσθαι*, cf. p. 11; *δεῖ*, cf. p. 37; *ἠμι-*? cf. p. 15; genetivi in patrum significatione positi, cf. p. 40;

III saeculi posteriore parte:

ante a. 226: *πρύτανις*, *πρυταν(εῖ)ον*, *πρυτανεύω*, cf. p. 10 sq. et p. 14; *ἱερός*, cf. p. 17 sq.;

a. 222 — 205: *σάρξ*?, cf. p. 11; *ἕως*, cf. p. 16 — *ὅπως*, cf. 25; *πέντε*, cf. p. 24;

porro: *μῆκος*, cf. p. 14; *ἕτερος*, cf. p. 6 — *ἑαυτόν*, cf. p. 36 sq.; *εἵσπλους*, *ἔκπλους*, cf. p. 17 — *προξενία ξενίζεσθαι* (cf. *Ξενο-κλῆς*), cf. p. 29; *οὖν*, cf. p. 14 sq.; *τὰ Διονύσια* (cf. *Διονύσιος*, *Διονυσόδωρος*, *Διονυσικλῆς*), cf. pp. 23 et 30; *ἔνατος*?, cf. p. 30; *ἐπαινεσ(σ)αι*?, cf. p. 38 (et 26) — *στάλα*?, cf. p. 28; *παρεληλυθότων* (cf. postea: *ἐπεστάκοτος*), cf. p. 39;

postremo: *ἀεί*, cf. p. 7 sq; *πρέσβεις*, cf. p. 16 sq; *μέρη*, cf. p. 16; *Σωγένειος*, cf. p. 15 sq; *τέσσαρες*, cf. p. 24 sq; *ὄνομα*? (cf. postea: *Ὀνομάνωρ*), cf. p. 13; *ἔσται* (=erit), cf. p. 37.

II saeculi priore parte:

τρίτος, cf. p. 7; *συγγένεις*?, cf. p. 16; *γραμμάτεα*, cf. p. 35; *ἑστία*, cf. p. 7; *ἀνένεγκαι*, *εἰσένεγκαι*, *προεισένεγκαι*, cf. p. 38; *καλεσσάτωσαν*, cf. p. 37.

Quo ex conspectu primum quidem discimus purum, ut ita dicam, sermonem Aeolicum, qualis nobis e titulis adhuc innotuit, IV saeculo ineunte, quo antiquissima inscriptio 82 prodiit, regnasse, sed non multo post, iam sub finem seu potius inde ab ultimis decenniis eiusdem saeculi (annis fere 333—300) in dies magis vim *τῆς κοινῆς* perpessum esse. Tum vero videmus communem linguam in ea potissimum vocabula sese insinuasse, quae consuetudine cotidiana Aeolicarum civitatum regumque scribarum Attice et loquentium et scribentium tam frequenter adhibebantur, ut Atticae formae, praesertim Macedonibus dominantibus, perfacile usurpari possent. Quo maxime pertinent:

1. praepositiones: *ἀνά*, *ἀπό*, *κατά*, *μετά*, *διά*? *παρά*, *ἐς* (IV s. ex.);
2. numeralia: *τρεῖς*, *χίλιοι*, *ἤμι*? (IV s. ex.), *πέντε*, *τέσσαρες*, *ἔνατος*? (III s. ex.), *τρίτος* (II s. in.);
3. nomina propria: *Κλεῖτος*, *Ἡράκλειτος*, *Κλειτομάχ(α)*, *Θεόκλειτος*, *Κλεῖνος* (IV s. ex.), *Ξενοκλῆς*, *Κρινίας*, *Κριναγόραος*, *Διονύσιος*, *Διονσόδωρος*, *Διονσικλῆς*, *Σωγένειος* (III s. ex.), *Ἡρόστρατος*, *Στράτιππος*, *Ἀγασίστρατος*, *Ὁμονία*, *Ὀνομάνως*? (II s. in);
4. magistratuum nomina et quae ad eos spectant: *βασιλεύς*, *στρατ(α)γός* (cf. *στρατεία*, *στρατ(ά)γιον*),

ταμίας? (IV s. ex.), *πρύτανις* (cf. *πρυτανεύω*) (III s. ex.), *γραμματεύς* (II s. in.);

5. verba iudicialia: *κρίνω, διακρίνω, βουλεύεσθαι, χειροτονεῖν, χειροτονία* (IV s. ex.), *καθίστασθαι* ('*αἱ ἀρχαὶ αἱ ἀεὶ καθιστάμεναι*') (III s. ex.), *ἀγορεία*? (= 'öffentliche Verkündigung'), *εἰσφέρειν* (*ψήφισμα*) (II s. in.);
6. quae ad peregrinorum consuetudinem atque hospitium referenda sunt: (*ἀπο*)*στέλλειν* (*πρέσβεις*), *ὁμολογεῖσθαι, ἀφικνεῖσθαι* (*πρέσβεις*); *κάθοδος, ἔφοδος, ἐφόδιον* (IV s. ex.), *εἴσπλους, ἔκπλους, πρέσβεις, πρεσβεία? πολιτεία? προξενία, ξενίζεσθαι ἐν τῷ πρυταν(εί)ῳ, ἐπαινεῖν*?, *στ(ά)λ(α)*? (III s. ex.), *ἑστία, συγγένεις*?, *ἀναφέρειν* (*τὸ ψήφισμα*), *καλεῖν εἰς τὸ πρυταν(εῖ)ον* (II s. in.);
7. quae cum sacris rebus cohaerent: *ἱερός, σάρξ*?, *τὰ Διονύσια* (III s. ex.);
8. pronomina: *ὅς, ὅστις* (IV s. ex.), *ἕτερος, ἑαυτόν* (III s. ex.);
9. particulae quaedam atque adverbia formulaeque adverbiales: *ὅτε, ὁμοῖ* = *ὁμοῦ, ὅτι, καθάπερ* (IV. s. ex.), *ἀεί, οὖν, ἕως, ὅπως, ἄνω, ἐπάνω, ἔσω, καθ' ὃγ καῖρον* (III s. ex.), *καθό* (II s. in.);
10. aliaque vocabula usitatissima: *πόλις, ἀκρόπολις, μήν, ἐπιμήνιος, δεῖ* ('debet') (IV s. ex.), *ὄνομα*?, *μῆκος* et *μέρος* (in titulis ad agrum metiendum construendamque domum pertinentibus), *δύναμις, φύσει* (in monumentis sepulcralibus), *προεισφέρειν* (*χρήματα*) (II s. in.), porro cf. *ἔσται* (= erit), *παρεληλυθότων* (III s. ex.), '*στρατάγω ἐπεστάκοτος*'.

Praeterea in eo quoque Aeoles iam mature (IV s. ex.) lepidiori gustatui sermonique elegantiori Atticorum propriam suam dialectum accommodasse intellegimus, quod

non solum pro adiectivis patronymicis patrum genetivos substituere, sed etiam, ut hiatum evitarent, *ν* paragogicum in pedestrem sermonem inferre incipiebant. Denique commemoro communem linguam, quantum quidem ex inscriptionibus aliqua cum probabilitate conici potest, primum in Aeolide (IV s. ex.) per insulas [Eresum: annis 333—300 (inscr. nr. 119), Lesbum: c. a. 324 (inscr. nr. 83), Pordoselenam: annis 319—317 (inscr. nr. 129)], postea demum (III s. ex.) per continentem [in Asiae urbe Pergamo: ante a. 226 (inscr. nr. 147)] paullatim esse vulgatam. In perpetuum vero dialectus Aeolica, qualis in decretis publice lapidibus incisis apparet, circa medium II a. Chr. n. saeculum (vel potius aliquot annis post a. 150) κοινῆς auctoritate prorsus tandem extincta*) florere desiisse videtur, ut praecipue tituli Assii docent (cf. Sterrett, Papers of the American School of Classical Studies at Athens, vol. I, Boston 1885, nn. VII, VIII, XII); nimirum in regum quaecumque inscalpebantur epistulis atque edictis vel in inscriptionibus ad res ab eis gestas celebrandas compositis vulgaris sermo Atticus ab initio in usu fuit, id quod praeter epistulam illam Philippi Arrhidaei in titulorum Aeolicorum vetustissimo, nr. 119 C_{21-43} (a. 324—301), exaratam optime illustratur atque demonstratur Pergamenis titulis ad Attalorum (a. 263—133) victorias exornandas spectantibus (cf. Fraenkel, Die Inschrftn. v. Pergamon bis z. Ende d. Königszeit, Berlin 1890).

Haec sunt fata nobilis dialecti, quam Alcaeum et Sappho primos in Graecas litteras introductam ad tantam perfectionem egregiis carminibus extulisse iure admiramur.

---

*) Romanorum imperatorum aetate eam arte esse reductam iam supra admonuimus, cf. p. 4.

B. De dialecto Thessalica.

De inscriptionum aetate.

Thessalicae dialecti indolem minus aperte propter fontium inopiam perspici posse quam Aeolicae valde dolendum est. Etenim tituli (apud Hoffmannum, Griech. Dial. II p. 9—52), quibus tota illius scientia nititur — nam perpauca sunt grammaticorum testimonia — III saeculum non superant, atque tempori eorum definiendo, qui nobis vestigia κοινῆς investigantibus sunt respiciendi, ansam non praebent ex rerum gestarum memoria nisi hi tres:

III saeculo exeunte:

1. nr. 16 (ΑΓΞ): paullo post a. 214 (cf. Hoffmann adn. ad. nr.)

ad quem ob idem litteraturae genus aetate suppares addas:

nn. 2, 4a, 4b, 10, 11, 15, 20, 21, 23—25, 30—32, 34, 49, 53, 54, 57, 62, 64, 65, 67—69, 75.

II saeculo ineunte:

2. nr. 6 (ΑΓ): paullo post a. 197 (cf. Hoffmann adn. ad nr.)
3. nr. 63 (ΑΜΠ): c. a. 168 (cf. Hoffmann adn. ad. nr.)

ad quos propter recentiores litterarum formas accedunt:

nn. 17, 18, 48 h i: ΑΠΣ;

II saeculi medii videntur esse:

nn. 1, 3, 4, 7, 9, 12, 19, 26—9, 38, 48o, 51, 52, 59, 61, 72: Α

Vetustioribus denique litteris conceptae sunt inscriptiones:

nn. 8, 13, 42, 70, 81.

I. De sonorum adfectionibus.

1. De vocalium mutationibus.

a) De vocalibus brevibus.

α pro *ε*.

ἄτερος pro *ἕτερος* adhibuisse Thessalos eo magis est verisimile, quod idem Aeolibus (cf. p. 6) et Boeotis (cf. Etym. Gud. 256,2 *οἱ Βοιωτοὶ τὸν ἕτερον ἄτερον λέγουσι*) proprium erat (cf. Hoffmann p. 275sq). Itaque *ἑτέρος* e communi lingua in titulo antiquo 16_{13} (c. a. 214), quamquam non est in numero antiquissimorum, haustum esse existimo.

o pro *α*.

1. *ὀν* pro *ἀνά* ut Aeolum (cf. p. 8 sq.), sic Thessalorum fuisse ex hisce titulis elucet:

in vetustioribus litt. *ὀνέθηκε* 8 — III s. (ex.) *ὀνγράψειν* 16_{21}, *ὀνάλαν* $_{22\cdot45}$, *ὀγγρ'ψαντας* $_{44}$, *ὀνέθεικε* 4a, *ὀνέθεικαν* $11_{1\cdot2}$, *ὀνέθεικε* 21_3, 23b, 24, 25, 49, *ὀνγραφεῖ* 53_{10}, *ὀνάλουμα* $_{12}$, *ὀνγραφεῖ* 54_{24}, *ὀνεθείκαεν* 67_4, — II s. medio: *ὄναλον* 7_{20}, *ὀνγραφέν* $_{31}$, *ὀνγρά[φαν]* $_{40\cdot1}$, *ὀνέθεικε* 12_3, 27.

Quae cum ita sint, 'irruenti *κοινῇ*' tribuimus *ἀνά* in inscriptionibus:

III s. (ex.) *ἀνέθηκεν* 31_2, *ἀνεθείκαιν* 68_1,*) — II s. in. *ἀγγρά(ψα)[ι]* 63_{11}.**)

2. Thessalos pro *ἔρατος* pronuntiasse *ἔροτος* docet *Ἐροτο-κλίας* 62_{20} (III s. ex.).

---

*) *ἀνέθηκε* 23a, in bilingui titulo repertum (cf. *ὀνέθεικε* b), mera Attica forma est.

**) An est Doricum ut *Κιαρ[ίοι]* $_2$ (cf. Hoffmann p. 272) et locativus in *-οι* hac in inscriptione pro dativo usurpatus (cf. Hoffmann p, 535) ? — Pro *ἀ(ν)εκτ[ό]ν* 1_3 rectius legendum est *ἀ-(ψ)εκτ[ό]ν*.

Quare nescio an e vulgari Graecorum sermone fluxerint *Ἔρα* . . . . 62_{22} (cf. supra) et *Νικηρ(ά)τειος* 65_{18}*) (III s. ex.).

3. Propter '*Θροσέως*' a grammaticis (Comp. III § 1) Aeolidi adsignatum probabile fit Thessalos quoque (ut Boeotos) pro *Θρασύς* dixisse *Θροσύς*. Fortasse igitur *κοινῆς* auctoritati adscribenda sunt in titulis Thessalicis:

III s. (ex.) *Θρασυμείδεις* 16_{69} (c. a. 214), [*Θρ*]*α-σ'ας* 62_{10} — II s. in. *Θρασύλαος* 6_{14}.

4. Restat quaestio, num Thessalicum *στρατ-* pro Aeolico (cf. p 8) (et Boeotico) *στροτ-* sit vulgaris dialecti in propriis nominibus:

III s. (ex.) *Ἱππό-στρατος* 16_{50}, *Ἱππο-στράτειος* $_{51}$, *Στράτουν* $_{54}$, *Σού-στρατος* $_{56}$, *Στράτιος* $_{68}$, *Στρατίειος* $_{75}$, *Στρατούνειος* $_{77}$ (c. a. 214), *Πολυ-στράτειος* $20_{8\cdot9}$, *Καλλί-στρατος* 65_{20}, *Καλλι-στράτειος* $_{21}$, *Στρατούνειος* $_{79}$, *Καλλι-σστράτειος* $_{139}$, *Στρατό-νικος* $_{146}$, *Στρατο-νίκειος* $_{147}$, — II s. in. *Στρατ-ίπποι* 6_{6}, *Πολυ-στράτοι* $_{19}$, *Σουσι-στρα-*[*τιππε*]*ίου* $_{23\cdot4}$, *Πολύ-στρατος*, *Πολυ-στράτειαι* 48h — II s. m. *Στράτουνος* 27_{2}, *Νικο-στράτεια* 28a, *Ἱππό-στρατ*[*ος*] 59, *Ἀμφιστ(ρ)α*[*τείας*]? $72a_{3}$.

o pro *ov*.

βόλλα = att. *βουλή* haud minus Thessalicum fuisse quam Aeolicum (cf. p. 11) haud sine aliqua probabilitate concludi potest ex verbo Thessalico *βέλλομαι* (cf. III s. ex *βέλλειτει* 16_{20} — II s. in. *βελλομένου* 7_{15}) = boeot. *βείλομαι* = dor. *δήλομαι* = att. *βούλομαι*. Propterea e vulgari dialecto transisse arbitror Atticum *βουλ-* in propria nomina:

III s. (ex.) *Βουλιούνειος* $16_{60\cdot60\cdot1}$, *Αὐτόβουλος* $_{73}$ (c. a. 214), *Αὐτο-βούλειος* 65_{101} — II s. m. *Εὔβουλος* $19a_{11}$, *Ἄστο-*(*β*)*ουλε*(*ί*)*ας* $72b_{3}$.

*) cf. p. 48.

v pro *o*.

1. *ἀπύ* respondisse Attico *ἀπό* non solum apud Lesbios (cf. p. 11sq.), sed etiam apud Thessalos demonstrant tituli:

III s. (ex.) *ἀπυ-στέλλαντος* $16_{2\cdot3,23}$ (c. a. 214) et II s. m. *ἀπύ* 72_2.

Qua de causa perspicuum est e communi lingua irrepsisse *ἀπό* in inscriptiones:

II s. in 18 persaepe — II s. m. 7_{41}, 72ab saepissime.

2. *γίνμαι* ut Boeotos sic Thessalos admisisse pro *γί(γ)νομαι* apparet ex *γινίειτει* $16_{22\cdot3}$, *γινμέναν* $_{45}$ (c. a. 214). Itaque *γινομένος* 18 persaepe (II s. in.) fortasse *κοινῆς* est.

b) De diphthongis.

ει pro *η*.

Thessalos item ac Boeotos uno Herculis herois magnopere culti nomine excepto (cf. propria nomina: III s. ex. *Ἡρακλείδας* 62_{16}, $65_{72,126,182}$, *Ἡρακλείδαιος* $_{10}$, — II s. in. *Ἡρακλείδαιος* $6_{8\cdot9}$ iuxta III s. ex. *Εἰρακλεῖ* 20_2 — II. s. in. *Ε(ἰ)ρακλίος* 63_{12}) semper *η* genuinum in *ει* mutasse dilucidius ex titulis perspicitur Ionicis litteris conscriptis — nam ante Ionicae litteraturae receptionem saepius servatum est —, quam ut supersedere non possimus omnia exempla enumerare (cf. Hoffmann p. 326 sqq.). Quam ob rem ex vulgari sermone se insinuasse liquet, quaecumque *η* proferunt:

III s. (ex.) *ἀνέθηκεν* 31,*) *Νικηρ(ά)τειος* 65_{18}, *Ἰσμηνίαιος* $_{57}$ — II s. in. *Τηλέφου* 6_2, *στατῆρας* 18_{44} (contra *στατεῖρας* frequentius) — II s. m. *ἥρως χρηστέ* 48 o**)

*) De *ἀνέθηκε* 23a cf. p. 46, adn. 1.

**) *Πακτομῆοι* 63_8 (II s. in.) est proprium nomen Romanum.

ου pro *ω*.

Ut *η* in *ει*, sic *ω* in *ου* Thessali verterunt Ionica scriptione recepta. Hic quoque inscriptionum exempla adferre supervacaneum est (cf. Hoffmann p. 369 sqq.). Propterea ubicumque in titulis *ω* occurrit, *κοινῆς* auctoritas est agnoscenda:

III s. (ex.) *Διώναν* 64_2, *ὠφέλιμον* $_3$*), *Φορμίων* 67_3 — II s. in. *Παρμενίων Παρμενίωνος* 6 (in epistylio), *Κλεινοπόλεως* 18_{43} (cf. infra et p. 55) II s. m. *Νάωι* 1_1, *Διώναι* $_1$, *ἥρως* 48 o, cf. *Θειρίων* Samml. 1278, *Κιερι-είων* 330, *Μοψείων* 367.

c) de contractione.

1. Secundum leges Thessalicae dialecti haud minus quam Aeolicae (cf. p. 15 sq.) ex *Σᾰο-* fiebat *Σᾱ-*, numquam *Σω-* = thess. *Σου*. Ideo dubitari nequit, quin e vulgari lingua in titulos Thessalicos haec propria nomina invaserint:

III s. (ex.) *Σούστρατος* 16_{56}, *Σουκράτεις* $_{75}$, *Σουΐδας* $_{90,90}$ (c. a. 214), *Σουκράτεις* 4b 65_{86}, — II s. in. *Σού-πατρος* $6_{26,7,28}$, *Σουΐδας* 48 i — II s. m. *Σουκράτεις* $19a_1$, *Σουΐδας* 51.

Cui falsae contractioni frequentissima nomina in *Σουσι-* (= aeol. *Σωσι-*) incohantia (cf. Hoffmann p. 378 sq.) favisse videntur.

2. Nec invitius concedendum est nomina cum *κλειτος* et *κλεινος* (pro *κλεετος* et *κλεενος*) composita e vulgari sermone ut in Aeolidem (cf. p. 17), sic in Thessalicam linguam translata esse. In inscriptionibus praesto sunt:

III s. (ex.) *Πολυκλείτειος* 16_{82}, *Κλειτόμαχος* $_{88}$ (c. a.

*) Sed omnino fortasse stirps Thessalica fuit *ὀφελ-* et vulgaris sermonis sunt et hoc *ὠφέλιμον* et *Οὐφελίμειος* 65_{23} (III s. ex.), cf. Hoffmann p. 371. — Ceterum non esse, quod *οὖν* 16_{13} (c. a. 214) pro *ὦν κοινῆς* formam accipiamus, per se ipsum patet.

214), *Κλείτα* 10_6, *Πολυ-κλείτειος* 65_{17}, *Κλεῖτος* $_{176}$, — II s. in. *Κλεινο-πόλεως* 18_{43} (cf. p. 49).

Quamquam in his quoque *ει* Thessalico usu (cf. p. 48) ex *η* natum esse potest.

d) de apocope.

1. *περί* ante consonantes apud Thessalos apocopen passum esse his titulis confirmatur:

in antiquioribus litt. *περ γᾶς* 70_2 — III s. (ex). *περ τοίννεων* 16_{17}, *περ τοῖ* 21_5, *περ προβατείας* 64 — II s. m. *περ το(ῖ)* 1_2, *περ Φιλόλαον* 7_{30}, *περ* [*τ*]*ο*[*ῖ*] 26_3.

Idcirco *περὶ προξεννίουν* 63_6 (II s. in.) certe est *κοινῆς*.

2. *κατά* apocope adfectum eodem modo Thessali consonanti subsequenti adsimulabant quo Aeoles (cf. p. 19) Haec praebent inscriptiones:

III s. (ex.) *κατ τά* $16_{17\cdot47}$, *κατ τάν* $_{42}$, *κατ τε* $_{47}$, *κατ-θέμεν* $_{21,44}$, *καπ παντός* $_{20\cdot46}$ (c. a. 214), *κατ τάπερ* 53_6 65_2 — II s. in. *κατ τόν* 6_{17}, 63_{11}, 17_4, 18 saepe — II s. m. *κα(κ-κ)αιό*[*ντου*] $7_{25\cdot6}$

Itaque in eundem titulum 7 vulgari dialecto duce *κατασπάσει* $_{27}$ et *κατὰ πάντα* $_{43}$ transmigraverunt.

2. De consonarum mutationibus.

j.

De *κύριον* 17_5 (II s. in.) pro *κῦρρον* (cf. 16_{20}: c. a. 214) et *ἐλευθέρια* 3_3 (II s. m.) pro * *ἐλευθέρρα* idem iudicium fecerim atque de Aeolicis formis, in quibus *ι* antecedenti *ρ* non adsimulatum invenimus (cf. p. 21 sq.). Etsi enim ne in Thessalicis quidem inscriptionibus huius adsimulationis exempla desunt [III s. (ex.) *κῦρρον* 16_{20} = att. *κύριον*, *Δαμμάτρειος* $_{79}$ — II s. in. [*Δαμμ*]*α-τρείου* 63_3 — II s. m. *ἀργύρροι* $1_{2\cdot3}$ (cf. att. *ἀργύριον*), *τρακάδι* 7_6 = att. *τριακάδι*, *Δαμματρείας* 28b], tamen

mea quidem sententia formae illae duae non adsimulatae *τῇ κοινῇ* non impertiendae, sed eis sunt accommodatae, quae accentum in *ι* habentes ipsae per se adsimulatione carebant: *Δαματρίειος* 65_{134} (III s. ex.) et *ἀργυρίοι* 18 saepe (II s. in.).

τ.

Ποτειδων, non *Ποσειδῶν* vocasse Thessalos Neptunum deum ex *Ποτειδοῖνι* $21_{4\cdot5}$ 30 (III s. ex.) 29 51 (II s. m.) bene cognoscitur. Perfacile igitur suspicio oritur *κοινῆς* auctoritatem statuendam esse in *Ποσειδίππου* 6_3 (II s. in.).

De *ν* paragogico.

ν paragogicum a Thessalis quoque in soluta oratione prorsus neglegebatur. Insunt in inscriptionibus haec:

in vetustioribus litt. *ἀπέθανε ἀριστεύων* — III s. (ex.) *ἐστι αὐτοῖ* 64_2 — II s. m. *ἔδοξε ἀγορᾶ* 7_6, *ὀνέθεικε ἱερο-* 12_3.

Quare litteram hanc parasiticam e vulgari sermone adsumptam esse in *ἀνέθηκεν* (pro *ὀνέθεικε*! cf. p. 46 et p. 48) 31_2 (III s. ex.) facile est intellectu.*)

De mutis.

1. *φείρ* (= *φήρ*, cf. p. 48**) in ore fuisse Thessalis (ut Boeotis) pro Attico *θηρ* hi tituli testantur:

III s. (ex.) *Φιλό-φειρος* $16_{53\cdot80\cdot91}$ (c. a. 214) 34 — II s. m. *πε-φ(ε)ιρ-άκον[τες]* (= att. *τε-θηρ-ακότες*) 19_5.

Itaque ex vulgari lingua penetrasse liquet propria nomina: *Θειρομαχείοι* 18_{26} (II s. in.), *Θειραμένειον Θειρίσκειαν* 61 (II. s. m.).

*) *ἐπέθεικεν ἀπ'* 75_2 (III s. ex.), quippe in heroo versu repertum, nullius momenti est, cf. p. 2, adn.

**) Apud Homerum A 268 B 743 feroci genti montanae Thessaliae nomen est *Φῆρες*. — Ceterum a grammaticis *φήρ*, *φηρίον* etiam Aeolidi vindicatur (cf. Meister p. 118, 4).

2. Cum *Βελφοί, βελφίς* pro *Δελψοί, δελφίς* et Aeolicum (e traditione grammaticorum, cf. Meister p. 118, 1) et Boeoticum fuerit, non sine causa contendere possumus *κοινῆς* esse Thessalicum *Δελφινία* 4_1 (pro *Βελφινία*) (II s. m.).

De consonis duplicatis.

σσ.

Paucae illae formae Thessalicae, in quibus pro *σ* secundum dialecti normam *σσ* exspectaveris:

III s. ex. *Ἀγα-σι-δάμαιος* 16_{72}, *Ἀγα-σι-κράτεις* $_{72}$ (c. a. 214), *Ἰσο(δ)[άμεια]* 10_5, *Ἀρκέσουν* 65_{181}, *ἰσοτιμίαν* 54_{19} — II s. in. *Λαρισαίων* 17_2 — II s. m. *ὁμό-σαντες* 7_{25}, utrum ad vulgarem sermonem referendae sint nec ne, in dubio reliquerim. Cf. quae de eisdem Aeolicae dialecti formis disputavi p. 26 sqq.

De liquidarum geminatione.

μμ.

Etiamsi *μναμμεῖον* 75_3 non est merum lapicidae erratum pro *μναμεῖον* (cf. Prellwitz de dial. Thess. p. 31), tamen numquam nobis in mentem veniet, in his *κοινῆς* vestigia quaerere:

in vetustioribus litt. *μνᾶμ'* 70_1 — III s. (ex.) *Ἱερο-μνάμουν* 16_{53}, *Μναμοσύνα* 24 — II s. m. *ἱερο-μναμονεί-σας* $12_{3.4}$.

Nam praeterquam quod Aeoles (cf. *μναμοσύνα* Sapph. 68_1) *μνᾶμα* dicebant, graviora sunt argumenta illorum priscorum titulorum.

νν.

1. *ξέννος* pro *ξένος* commune fuisse Thessalis cum Lesbiis (cf. p. 29), haud difficulter suspiceris propter *προξεννίουν* 63_6, *προξεννί[αν]* $_9$ (II s. in.). Nihilominus habemus in inscriptionibus:

in antiquioribus litt. *Πολυ-ξεναία* 42 — III s. (ex.) *Ξενούνειος* 16_{59}, *Πολύ-ξενος* $_{65}$, *Πολυ-ξένειος* $_{71,71}$, *Φιλό-ξενος* $_{74\,5\cdot83}$, *Ξέ-νουν* $_{76}$, *Φιλο-ξέν[ει]ος* $_{82}$, *Ξενο-λάοι* 11_5, *προξενίαν* 53_8, *προξένοις* 54_2, *Ξενό-λαος*, *Ξενούνειος* 57b, *Φιλο-ξένειος* $65_{43\cdot59}$, *Ξενό-φαντος*$_{44}$, *Φιλό-ξενος* $_{45\cdot155}$, *Ξενο-κλέαιος* $_{61}$, *Τιμό-ξενος* $_{67}$, *Ξενο-τίμειος*$_{67}$, *Ξενο-κράτεις* $_{83}$, *Εὐξενίδαιος* $_{104}$, *Εὐξενίδας* $_{105}$. — II s. in. [*Δαμο*]-*ξένου* 6_{27}, *Ξενο-κλέα*$_{27}$, *Πασι-ξένοι*$_{29}$*), [*προ*]*ξένο*[*ις*]63_{10} (contra *προξεννίουν* $_6$, *προξεννί*[*αν*]$_9$), *Πολυ-ξένειος* 18_{22}, *Πολυ-ξένοι* $_{23}$, *Ἄρμο-ξενείοι* $_{23}$, — II s. m. *Φιλο-ξενίδα* $4_{2\cdot3}$, *Ξεναινετείο*[*ι*] $19a_4$, *Φιλο-ξενιδαία* 38_2, *Ξενο-κλέα* 52, [*Ξ*](*ε*)*νό-φαντος* $72b_8$.

Quas formas per *ν* scriptas, quippe quae iam ante Jonicae litteraturae receptionem apud Thessalos usitatissimae fuisse videantur, a vulgari sermone Graeco repetitas esse nemo credet.

2. Stirpem *μεινν-* = aeol.*μηνν-* (cf. p. 29 sq) etiam apud Thessalos in *νν* cecidisse (pro att. *μην-*) discimus ex *ὑστερομεινν*ία 16_{40} (c. a. 214) et *μεινν*ός 63_5 (II s. in.). Itaque *Νυμεινίοι* 16_{25} (III s. ex.) et *μεινός* 7_5 (II s. m.) vulgari dialecto inquinata esse patet.

3. *Διόννυσος*, non Attico more *Διόνυσος* Bacchum deum non modo Aeoles (cf. p. 30), sed etiam Thessalos nominasse bene elucet ex *Διοννύσοι* 6_{11}, [*Δ*]*ιόννυ*[*σος*] $_{33}$ (II s. in.). Quare eodem fere tempore (III s. ex.) *κοινῆς* auctoritate irrepsisse *Διονυσίου* 15b et *Δ*[*ι*]*ονύσιος* $62_{11\cdot2}$ nequaquam negaverim.

ρρ.

κόρα 32 (III s. ex.) 4 9 (II s. m.) pro *κόρρα* (e **κόϙϜα*, cf. in vetustioribus litt. *ΚόϙϜαι* 81) sine dubio

*) Quod nomen certe *κοινῆς* est, si, ut quidem Fick et Benseler putant, quorum opinioni Hoffmann p. 281 accedit, ad Atticum dativum plur. *πᾶσι* (= thess. *πάντεσσι*, cf. inscr. 7_{36}) redit, sed

non est κοινῆς, praesertim cum Lesbii hac in vocula semper simplici liquida usi sint (cf. κόραι Sapph. 62. 65, Alc. 14). Contra haud dubie Διοσκουρίδαιος (pro Διοσκορίδαιος) 18_{30} (II s. in.) est dialecti vulgaris.

νσ.

Ubicumque νσ genuinum (ab Aeolibus semper in ισ mutatum, cf. p. 31) in fine erat vocabulorum, Thessali ν eiecerunt vocali antecedente non producta. Quod, ut alia praetermittam, in participiorum nominativis fieri solebat. Leguntur haec in inscriptionibus: εὐεργετές 54_{10} (III s. ex.) et ἀπελευθερεσθές $72a_{10\cdot14}$ (II s. m.). Propterea ἀπελευθερουθείς 27_1 (II s. m.) e communi lingua illatum esse pro certo putandum est.

Denique liceat mihi hoc loco commemorare particulam μι′ pro vulgata δέ Thessalis fuisse peculiarem. Quae occurrit in inscriptionibus:

III s. (ex.): $16_{20,22,42,46}$ (c. a. 214) 53_9 — II s. m. $7_{27,29,44}$.

Itaque in eodem titulo 16*) $δέ_{45}$ sine controversia est κοινῆς.

II. De declinationum adfectionibus.

1. De nominum declinatione.

a) De stirpibus in -ο desinentibus.

1. Genetivum sing. II declinationis ut in Perrhaebia et Pelasgiotide in -οι, sic in Thessaliotide in -ου (pro ω, cf. p. 49) exisse, satis inscriptionibus compro-

---

Thessalicum, si cum Prellwitzio de dial. Thess. p. 14, n. 1 a verbali stirpe πα- (= att. κτη-) ducendum est.

*) Ceterum hanc potissimum inscriptionem, quippe quae et Thessalica et Attica Macedonum documenta contineat, amplissime 'irruenti κοινῇ' fuisse expositam, per se mirum esse non potest.

batur, quarum exemplis congerendis chartam non perdam (cf. Prellwitz de dial. Thess. p. 37). Nihilosecius in Perrhaebiae et Pelasgiotidis titulis inveniuntur:

III s. (ex.) *Φιλάγρου* 2_3, *Διονσίου* (cf. p. 76) 15b — II s. in. *Τηλέφου* 6_2 (cf. p. 48),*) *Σιμίλου* $_{15}$,*) *τοῖ* (sic!) *Ἀνσιμάχου* $18_{42\cdot3}$ — II s. m. [*Σέ*]*ξστου* 19b, *Κλείου* 48o.

Quos genetivos e vulgari dialecto fluxisse pro certo pronuntiaverim, quamquam ei quidem quos primos dixi quattuor homines haud scio an ex Thessaliotide oriundi fuerint.

2. Accusativum plur. eiusdem declinationis in *-ος* pro *-ονς* (ex * *-ονς*, cf. p. 54) desiisse praeclare tituli demonstrant:

III s. (ex.) *τός* $16_{3\cdot11,12,20,24,41,46}$, *ταγός* $_{3\cdot11,24,41}$, *πολέμος* $_{12}$, *ἑτέρος* $_{13}$, *ἀξίος* $_{13}$ (c. a. 214) — II s. in. *τός* 17_6, 18 saepissime, *γινομένος* 18 saepe.

Quae cum ita sint, in eandem posterioris originis inscriptionem 18 e vulgari sermone se insinuasse *τοὶς γινομένονς* $_{43}$ (cf. p. 48) dictu est proclive.

b) De stirpibus in *ι* desinentibus.

1. Genetivus sing. terminationem *-ιος*, non *-έως* habebat, cf. *πόλ-ιος* = att. *πόλ-εως*:

III s. (ex.) $16_{9\cdot39\cdot47}$ (c. a. 214) 53_5, 54_{14} — II s. in. (*πόλλιος*) 63_{13}.

Quamobrem in *Κλεινοπόλ-εως* 18_{43} (II s. in.) haud dubie *κοινῆς* auctoritas est statuenda, cf. p. 49.

2. Dativum sing. in *-ῑ*, non Attico usu in *-ει* finxisse ut Aeoles (cf. p. 33 sq.), sic Thessalos, ex forma *πόλ-ῑ* = att. *πόλ-ει* cernitur, quam offerunt inscriptiones:

III s. ex. 16_{16} (c. a. 214) — II s. in. 63_7 18 persaepe — II s. m. 7_{42}.

*) Dativum esse per errorem putat Fick.

Itaque eodem in titulo 18 πόλ⟨ε⟩ι 31, si lapidario vitio non vertendum est, ex vulgari lingua Thessali mutuati sunt.

c) De stirpibus in -εσ desinentibus.

Genetivus sing. nominum propriorum in -ης = thess -εις exeuntium apud Thessalos (ut apud Lesbios) non Attice contractus in -ους, sed in -εος cadebat. Unde legimus in inscriptionibus: Ἐπιγένεος 16$_{1,25}$ (c. a. 214), Διογένεος 18$_{11}$, Ἑρμογένεος$_{42}$ (II s. in.). Κοινῆς igitur est (τῆς!) Ἑρμογένους 18$_{43}$.

2. De verborum declinatione.

1. λειτορεύειν adhibuisse Thessalos, numquam cum Atticis λειτουργεῖν, patet e λειτορεύοντος (= att. λειτουργοῦντος) in titulo 6$_{1,2}$, (II s. in.) tradito et in 7$_4$ (II s. m.) recte suppleto nec non e λειτορεύσανσα 4$_3$ (II s. m.). Quare κοινῇ attribuemus λειτοργοῦντος 19$_3$, nisi hoc quoque loco corrupto cum Hoffmanno scribemus λειτο-ρ(εύο)ντος.

2. ἔστ-ουσαν (= ἔστ-ωσαν, pro ἐό-ντων) 7$_{43}$ (II s. m.) haud minus fortasse κοινῆς est quam Aeolicum illud [καλ]εσσάτ-ωσαν, cf. p. 37. De quo cf. Hoffmann p. 564.

Denique cave ad vulgarem sermonem revoces ἔχειν 65$_4$ (III s. ex.). Quod Thessalice (cf. p. 48) esse pro ἔχην (cf. praeterea Aeolicos infinitivos in -ην = att. -ειν apud Hoffmannum p. 333sq.), vel maxime intelligitur ex φείγ-ην 70$_2$ (in vetustioribus litt.!)

De adiectivis patronymicis.

De usu adiectivorum patronymicorum Aeolibus (cf. p. 40) non magis proprio quam Thessalis accurate me puto perspexisse, Thessalos priscum hunc morem paternae originis significandae quam diutissime retinuisse. Etenim in vetustissimis inscriptionibus eisque quidem

III saeculo haud antiquioribus perraro patrum genetivi substituuntur (cf. nr. 11, contra nn. 16 et 65), atque frequentius paullo haud prius quam II saeculi initio (cf. nr. 6) *κοινῆς* auctoritate invasisse videntur. Neque tamen propter titulorum exiguitatem rem ad liquidum perducere licet.

Haec sunt '*κοινῆς* irruentis' vestigia in Thessalica dialecto a nobis observata, quae maioris perspicuitatis causa nunc brevi complectemur:

III saeculo (exeunte):

c. a. 214: *ἐνά*, cf. p. 46 — *ἀπό*, cf. p. 48; *ἕτερος* cf. p. 46; *δέ*, cf. p. 54; nomina propria: *Θρασύας, Θρασυμείδεις, Θρασίλαος*, cf. p. 47 — *Στράτουν-(ειος), Στράτι(ει)ος, Σούστρατος, Καλλί(σ)στρατ-(ει)ος, Πολύστρατ(ει)ος, Νικόστρατος, Ἱππόστρατ-(ει)ος, Στρατόνικ(ει)ος, Στράτιππος, Σουσιστρατίππειος, Ἀμφιστρατεία*, cf. p. 47 — *Βουλιούνειος, Αὐτοβούλ(ει)ος, Εὔβουλος, Ἀστοβουλεία*, cf. p. 47 — (*Σούστρατος*), *Σουκράτεις, Σουΐδας, Σούπατρος* cf. p. 49 — *Κλεῖτος, Κλείτα, Κλειτόμαχος, Πολυκλείτειος, Κλεινοπόλεως*, cf. p. 49 sq.;

porro: *Ἔρα ...., Νικηράτειος* cf. p. 48 (p. 46 sq.); *Παρμενίων, Φορμίων* (*Θειρίων, Κιεριείων, Μοψείων*) cf. p. 49; *Φιλάγρου, Τηλέφου* (cf. p. 49), *Σιμύλου, Λυσιμάχου, Κλεύου, Σέξστου*, cf. p. 54 sq.; *Ἰσμηνίαιος* cf. p. 48; *Διονύσιος* cf. p. 53 et p. 54 sq.; *ὠφέλιμον, Οὐφελίμειος*? cf. p. 49 cum not.; *ἀνέθηκε(ν)*, cf. p. 48; *Νάωι-Διώνα*, cf. p. 49; *Νυμεινίοι, μεινός* cf. p. 53; *ν ἐφελκυστικόν*, cf. p. 51; genitivi in patrum significatione positi cf. p. 56 sq.;

II saeculo ineunte:

paullo post a. 197: *Ποσείδιππος*, cf. p. 51; *Πασίξενος*?, cf. p. 53, not. 1.

c. a. 168: *περί*, cf. p. 50;

porro: *Διοσκουρίδαιος*, cf. p. 53 sq.; *Θειρομ'χειος*, *Θειραμένειος*, *Θειρίσκεια*, cf. p. 51; *Ἑρμογένους*, cf. p. 56; *πόλει*, cf. p. 55 sq.; *στατῆρας*, cf. p. 48; *τοὺς γινομένους*, cf. p. 48 et p. 55;

II saeculo medio:

κατά, cf. p. 50; *Δελφινία*, cf. p. 52; *ἥρως χρηστέ*, cf. p. 48 sq.; *λειτοργοῦντος*?, cf. p. 56; *ἀπελευθερουθείς*, cf. p. 54; *ἔστουσαν*?, cf. p. 56.

Qua ex singularum formarum enumeratione apparet sermonem Thessalicum sub finem III saeculi (c. a. 225?) vulgari linguae Atticae cedere coepisse, sed quaerentibus nobis, an antiquioribus iam temporibus factum sit, certius aliquod non probatur, quoniam nunc titulis aetatem illam non superantibus omnino destituimur. Quo magis memorandum est in eisdem Thessalicam dialectum *κοινῆς* auctoritatem perpessam esse atque Aeolicam (cf. p. 42 sq.). Huc imprimis referenda sunt:

1. nomina propria: *Θρασύας*, *Θρασίλαος*, *Θρασυμείδεις*; *Στράτουν(ειος)*, *Στράτι(ει)ος*, *Καλλί(σ)στρατ(ει)ος*, *Πολίστρατ(ει)ος*, *Νικόστρατος*, *Ἱππόστρατ(ει)ος*, *Στρατόνικ(ει)ος*, *Στράτιππος*, *Σουσιστρατίππειος*, *Ἀμφιστρατεία*; *Βουλιούνειος*, *Αὐτόβουλ(ει)ος*, *Εὔβουλος*, *Ἀστοβουλεία*; *Σούστρατος*, *Σουκράτεις*, *Σουΐδας*, *Σούπατρος*; *Κλεῖτος*, *Κλείτ(α)*, *Κλειτόμαχος*, *Πολυκλείτειος*, *Κλεινόπολις*; *Ἑρα . . . .*, *Νικηράτειος*; *Παρμενίων*, *Φορμίων* (*Θειρίων*, *Κιεριείων*, *Μοψείων*); *Φιλάγρου*, *Τηλέφου*, *Σιμύλου*, *Ανσιμάχου*, *Κλεύου*, *Σέξστου*, *Ἰσμηνίαιος*; *Διονίσιος*; *Οὐφελίμειος*? (III s.), *Ποσείδιππος*;

Πασίξενος?; *Διοσκουρίδαιος*; *Θειρομάχειος*, *Θειραμένειος*, *Θειρίσκεια*; *Ἑρμογένους* (II s. in.);

2. praepositiones: *ἀνά*, *ἀπό* (III s.), *περί* (II s. in.), *κατά* (II s. m.).
3. pronomen: *ἕτερος* (III s. ex.).
4. particula: *δέ* (III s. ex.).
5. sollemnes quaedam formulae ad sacras res spectantes: *Διὶ Νάωι καὶ Διώναι ἐπικοινᾶται*; *ἐρουτᾶι τὸν Δία καὶ τὰν Διώναν, αἴ ἐστι ὠφέλιμον*; *ἀνέθηκεν Ἀρτέμιδι Δελφινία*; *λειτο(υ)ργοῦντος τοῖ Ἀσκλαπιοῖ.*
6. aliaque vocabula usitatissima: *πόλις*, *μήν*, *Νουμήνιος*, in manumissionis documentis: *ἀπελευθεροῦσθαι*, *τοὺς γινομένους* (*τῇ πόλει κατὰ τὸν νόμον ἀργυρίου*) *στατῆρας*, in monumentis sepulcralibus: *ἥρως χρηστὲ* (*χαῖρε*) — ad quae addas: *ἔστωσαν* (*ἀθῷοι καὶ ἀνείθυνοι*).

Neque Thessali Atticorum *ν* paragogicum nec genetivos in patrum significatione pro adiectivis patronymicis usurpatos a lingua sua vernacula reiecerunt (III saec.). Plene vero dialectus Thessalica in populiscitis concipiendis fortasse non multo post II saeculum medium vulgari sermone iam exstincta fuit (cf. Lolling, „Mittheilungen aus Thessalien“ in „Mittheil. d. Archaeol. Inst. z. Athen“ VII p. 71—74, p. 335—340); in regiis codicillis numquam adhibebatur, ut optime docent duae illae epistulae a Macedonum rege Philippo III annis 219 et 214 ad Larisaeos scriptae, quarum in titulo 16 vs. 3—9 et vs. 26—39 incisarum priorem vs. 11—17 verbotenus — adeo etiamtunc dialectus vigebat — ex Attico sermone in Thessalicum translatam videmus.

Altera particula alio loco proferetur.

Theses.

1. Juvenal. 7,15 propono: quamquam et Cappadoces faciant equites Bithyni et.
2. In titulo Thessalico VI (Hoffmann Griech. Dial. II p. 13) *Τηλέφου*$_2$ et *Σιμύλου*$_{15}$ genetivi sunt, non dativi.

Vita.

Iulius Leitzsch natus sum a. d. V. Id. Oct. a. 1872 Gedani, patre Hugone, matre Anna e gente Malottky, quibus adhuc superstitibus gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Vere a. 1881 in patriae gymnasium Regium receptus, per decem annos ibi litteris humanioribus imbutus sum, donec maturitatis testimonio instructus vere a. 1891 almam petivi academiam Albertinam Regiomontanam, ut philologiae nec non grammaticae comparativae operam darem. Examen quod dicunt rigorosum a. d. V. Kal. Febr. subii.

Docuerunt me per haec octo semestria viri doctissimi:

Bezzenberger, Friedlaender, Hoffmann, Jeep, Kaluza, Kissner, Ludwich, Schade, Ioannes Schmidt†, Schoene, Walter.

Regii philologorum proseminarii sodalis fui per annum, seminarii sodalis ordinarius duos per annos. Praeterea ad seminarium Romano-Anglicum me Kissner benigne admisit, atque ut exercitationibus interessem grammaticis sanscriticisque, Bezzenbergeri et Hoffmanni benevolentia factum est.

Quibus viris omnibus, imprimis autem Bezzenbergero, Friedlaendero, Hoffmanno, Jeepio, Ludwichio, semper gratias habebo maximas.

3 0112 126256178